Exempli formula Hierosolymæ; & Veronæ.	G	M	Sinus	
Longitudo Hierosoly.	60	0		Lateraliter.
Latitudo eius.	31	40		
Longitudo Veronę.	31	16		
Latitudo eius.	45	16		
Complementũ latit.min.	58	20	85111	Lateraliter.
Differentia longitud.	28	44	48073	
Inuentum primum.	22	47	38715	
Complementũ inuẽt.pri.	67	13	92197	Areatim.
Latitudo minor.	31	40	52497	
Arcus minu. à lat.maior.	34	45	56990	
Inuentum secundum.	10	31		
Complementum eius.	79	29	98320	Lateraliter.
Complementũ inuẽt.pri.	67	13.	92197	
Arcus à 90 minuendus.	65	1	90648	
Distantia optata.	24	59		

4 Si autem contingeret alteram habere latitudinem borealem, alteram vero australem; tunc duces sinum complementi latitudinis septentrionalis in sinum differentiæ longitudinis, & productum diuides in totum; arcus autem numeri sectionis dabit inuentum primum. Sinum eius complementi tibi propone vnà cum sinu latitudinis borealis: minorem duc in totum, & productum diuide in maiorem; arcum autem numeri diuisionis adde ad latitudinem meridionalem, & protinus habebis inuentum secundum. Postea cum illis duobus inuentis operare sicut supra docuimus, ducendo amborum inuentorum complementa alterum in altero, & productum diuidendo per totum, nam arcus numeri partitionis à 90. gradibus sublatus, dabit distantiam quam quærebas.

Lateraliter. Areatim. Lateraliter.

Duabus ciuitatibus in gradibus distantię cognitis, in quam mundi partem altera ab altera declinet, cognoscere. Cap. 13.

Vum autem pulcherrimum sit, & quodam modo admiratione dignum scire, quod nunquam videris, & digitò monstrare, quo aspectus pertingere nequeat: iccirco gratum facere tibi cupiens, amice lector, hanc iucundissimam, & rarissimam doctrinam libuit propalare, per quam quũ in aliqua regione, aut ciuitate, seu loco tibi esse contigerit, si ea vti scias, proculdubio monstrare poteris quorsumcunq; aliqua ciuitas posita sit: quare si

hoc scire desideres, ages in hunc modum.

1 Primum ex superiori capite quære distantię gradus inter te, & locum ignotum, & cum hac distantia sinum elice, ac seorsum serua. Idem fac in complemento latitudinis minoris, atq; in differentia longitudinum, & hos sinus similiter seruabis. Quibus sic præparatis, duc sinum complementi latitudinis minoris in sinum differentiæ longitudinum, & productum diuide in sinum totum; numerum autem partitionis tibi propone vnà cum sinu distantiæ locorum prius seruato. horum minorem duc in totum, & productum diuide in maiorem; & illicò aggenerabitur sinus, cuius arcus erit differentia prædicta, quantum scilicet locus ille a meridie versus ortum, aut versus occasum; similiter a septentrione orientem versus, occidentemvè (idq; iuxta latitudinis magnitudinē) positus sit, quę Azimuth dici solet, de quo alibi. Nunc ad exemplum procedam.

Lateraliter. Areatim.

A ciuitate Veronæ, hoc est stando in ipsa ciuitate, cupio scire quorsum vergat ciuitas Hierosolymę: Duco 85115. sinum videlicet complementis latitudinis minoris per præcedens caput inuentę in 48073. sinus differentiæ longitudinum; & productū diuido per totum sinum, & proueniens 38715. quibus in totum ductis, & producto diuiso per 42235. emergunt in numero sectionis 91666. quorum arcus est graduū 66. minutorum 27. distantia nimirum Hierosolymæ a meridiano Veronæ, idque versus ortum, eo ꝓ eius latitudo sit minor latitudine Veronæ. Quod si latitudo Hierosolymæ esset septentrionalior, ipsa distantia a septentrionali plaga veniret supputanda, quemadmodum contingit Hierosolymitanis, qui aspicientes Veronam comperiunt eam esse elongatam a septentrione per eandem distantiam.

Lateraliter. Areatim.

Exemplum formula Veronæ, & Hierosolymæ.			
	G	M	Sinus
Complementū lat.min.	58	20	85115
Differentia longitud.	24	40	48073
Numerus partitionis.			38715
Distantia locorum	24	59	42235
Azimuth optatum.	66	27	91666

Lateraliter. Areatim.

Lineam

Lineam meridianam tum in aliquo plano, tum in superficie verticali varijs modis designare. Cap. 14.

1 INscribundæ lineæ meridianæ quinque hos accipimus modos, quorum primus talis est. In planitie aliqua immobili scribe circulum quantuncunque libet, in cuius centro fige stylum rectum, qui æqualiter distet ab eius circunferentia. Deinde aduerte quando conus vmbræ præcisè ante meridiem contingat circunferentiam, & contactum notato litera G. Post meridiem verò crescente vmbra, attende quando eius extremitas iterum in eandem circunferentiam porrigatur, atq; mox illud etiam punctum signabis litera F. Postremò arcus F G. in duas æquas portiones diuidatur, punctusq; medię incisionis cum centro circuli copuletur linea recta, quę quantuncunque vtrinque porrecta fuerit, erit linea meridiana quam quęrebas, vt hic vides.



Idem

Idem in muro meridiem præcise aspiciente efficere poteris, obseruatis prius geminis vmbris in peripheria (vt prius dictum est) a Sole procreatis.

2 Secundus modus aliorum breuissimus, idemque certissimus per tempus æquinoctij sic absoluitur. Quum Sol fuerit in æquinoctiali (quod bis in anno contingit, nempè die 10. Martij, & die 13. Septembris) lineã meridianam facilius indagaueris hoc modo. Infixo stylo in aliqua planitie, aduerte quousque conus vmbræ extendatur, & ibi fac punctũ. Deinde modico interuallo elapso, aduerte rursus quo vmbræ cacumen porrigatur, & similiter aliud procrea punctum, & sic stylo permanente, ipsa die æquinoctij, pnncta quotcunque libuerit, procreabis. Tandem posita regula super illa puncta (quæ omnia sub ipsa regula necessariò constituente) reduc ea in vnam rectam lineam orientem rectum occidentemque indicantem. Hanc ipsam lineam si alia linea orthogonaliter secueris, mox ipsa noua linea erit meridiana, vt hic vides.



3 Tertius modus explorandæ lineæ meridianæ vnà cum reliquis mundi plagis (idque duntaxat æstiuo tempore, & in nostra hac regione, cuius altitudo poli est 45. graduum) habet sic. Quum Sol præcise ad horam

ram 12. peruenerit (quod per aliquod sciothericum horarium scire poteris) tunc styli vmbram in aliquo plano perpendiculariter stantis, aut etiam per filum perpendiculariter super ipsam superficiem erectum, obserua. ea enim orientem rectum, occidentemque indicabit vtrinque qua ad angulos partes secta, continuò linea emerget meridiana.

4 Quartus modus, & perquam facilis lineam indagandi meridianam per siothericum horarium quacunque hora tibi certa, est hic. Per aliquod astronomicum instrumentum, aut horologium bene correctum, horam quancunque tibi libuerit, obseruabis; & tunc pones ipsum sciothericum super oblatam planitiem, & tandiu ipsum circumuolues donec vmbræ styli cacomen horam tangas obseruatam. Stante autem in hoc situ instrumento, cura diligenter ex tua industria ducere lineã, quę lineæ meridianæ sciotherici sit parallela, quia ipsa proculdubio erit linea meridiana quem desiderabas.

5 Poteris denique (& hic sit quintus modus) quotiescunque tibi libuerit, lineam ipsam per cõpassum expedire, quamuis non sit admodum, vt alijs modis, certa. Sed quum hoc omnibus notissimum sit, ad eius varias inscriptiones, & vsus conuertam sermonem.

Linea meridiana quo pacto transferatur in quauis superficie; deq; eius vario vsu, & vtilitate. Cap. 15.

1 
Poteris porrò, Sole meridianum posidente, varias meridianas lineas (vnica obtenta) vbiliber procreare. Tunc enim vmbra styli perpendiculariter stantis lineã in plano meridianam præstabit.

2 At in muro, quãuis meridiem præcisè non aspiciat, lineam prædictam (Sole meridianũ tenente) hac lege procreare poteris. Infixo vtcunque stylo in superficie perpendiculari permansuro, aduerte vbi cacuminis eius vmbra murum tangat, & ibi procrea punctum. Deinde duc lineam perpendicularem per prædictum punctum, quia procnldubio ea erit meridiana, quæ iuxta eius distantiam à loco styli, muri declinationem iudicabit.

3 Si vero superficies illa non fuerit perpendicularis, sed pendula, & obliqua, quemadmodum sunt tecta domorum, & volueris in ea lineam procreare meridianam, extende perpendiculariter filum (Sole sic in meridie stante) super extremum styli vmbræ: & super vmbram fili in ipsa superficie procreatam fac duo vel plura puncta, ac tandem per ipsa puncta duc lineam rectam, & ea erit meridiana, quæ etiam veniet iuxta planitiei obliquitatem. Poteris etiam in ipsa superficie aliam procrea re lineam ei parallelam, transeuntem per locum styli, quæ lineam perpẽdicularem (vt in muro) representabit ad situandam mox peripheriã pro horarũ graduũ initijs supputandorũ, vt infra luculẽtius explicabimus.

Hoc

4 Hoc autem notandum est, quod quemadmodum per lineam ipsam muri declinatio perdiscitur commodissima: sic econuersò per eiusdem muri à meridiano abscessum (idque etiam absque Solis adminiculo) in eiusdem lineæ notitiam peruenitur, modo sequentis tabulæ vsus non ignoretur.

Quũ autẽ muri declinationẽ explorare volueris, vide diligenter per breuissimam distantiam quot duodenis styli partibus linea meridiana abscedat à loco styli; & illas cum suis minutijs, quanto vicinius poteris, quere in sequenti tabula sub proprio titulo; mox in numerorum graduum serie, declinatio muri quęsita apparebit, quæ erit ad ortum, si linea ipsa meridiana in parte orientali inciderit; aut ad occasum, si ipsa in occidua plaga contigerit. Eodem modo in superficie pendula agendum erit.

5 Quòd si versa vice per declinationem muri lineæ meridianæ locum inuestigare libueris, transfer dextrorsum aut læuorsum (prout muri declinatio exposcit) ipsam distantiam; & ibi fac notam, ac per illam duc linaam perpendicularem, quia proculdubio illa erit linea meridiana.

6 Verum si superficies pendula fuerit, & obliqua, & in ea volueris horarum interstitia describere, pinge prius lineam meridianam eo modo quo dictum est supra numero 3. Deinde duc lineam parallelam lineæ ipsæ meridianæ prius descriptæ, quæ transiens per locum styli vicem geret lineæ perpendicularis, ac si esset acta in muro perpendiculari. Ab hac itaque linea reducendæ erunt distantiæ horariæ per arcus horizontales, aut verticales prout altitudo polaris in illa superficie exposcit.

Porrò huiusceinodi tabella per vmbram complemento declinationis muri respondentem absoluitur.

Tabula distãtię lineę meridianę à loco styli.

Declinatio muri.	Distantia lineę meridianæ à stylo.	
G	P	M
0	0	0
5	1	3
10	2	7
15	3	13
20	4	22
25	5	36
30	6	56
35	8	24
40	10	4
45	12	0
50	14	18
55	17	8
60	20	47
65	35	45
70	32	58
75	44	46
80	68	3
85	137	20
90	Infinita.	

Declinatorium instrumentum per quod muri declinatio exploratur, fabricare. Cap. 16.

1 FAc in primis in aliquo quadrangulo A B C D semicirculum: & eum (solito more) in 180. gradus dispertire nempè in duos quadrantes, & vtriusque quadrantis gradibus adijce proprios numerus, initio sumpto à puncto F semidiametri, donec ad non agenariũ vtrinq; peruenias in punctis diametri A B. Quartæ autem sinistræ inscribes, DECLINATIO AD ORTVM quamuis ad occasum vergat: alteri verò quartæ quæ respicit ad ortum, DECLINATIO AD OCCASVM, vt hic vides.

DECLINATORIVM.



Porrò ex centro E demittatur filum cum perpendiculo, & paratum erit instrumentum ad omnes declinationes explorandas commodissimum.

Vsus huius instrumenti.

2 DEclinationem itaq; muri exploraturus describe in primis in aliquo plano secus murum (idq; per pręcedens caput) lineam meridianam, super quam si posueris hunc semicirculum tangentem parietem per suum diametrum: mox videbis gradus declinationis muri lineę meridianę incumbentem: quam ad ortum, si fuerit in quadrante occidentis; aut ad occasum, si in orientali quarta repertus fuerit, pronunciabis. Secus autem muris aquilonaribus continget; nam in ijs declinatio orientalis accipitur pro occidentali, & occidentalis pro orientali.

3 Quòd si superficies fuerit pendula, qualia sunt recta domorum: tunc ponendum erit instrumentum prædictum per transuersum lineæ meridianæ, ita vt basis C F D ipsam lineam ad angulos pares secet, in ipsa superficie repertam, illicò gradus à filo contactus, erit declinatio quam quærebas, ad ortum quidem, si fuerit in parte orientali: aut ad occasum, si in occidentali.

Porrò murales declinationes facilius, & expeditius (licet non tam exactè) venaberis per magnetis pixidem: aut (quod melius erit) per caput præcedens. Sed quum huiuscemodi negocium nullam in se habeat difficultatem, ad vlteriora me transferam.

Declinationem parietis à meridiano aliter quam dictum est, indagare. Cap. 17.

AD huiuscemodi rei notitiam, sequentem confecimus tabulam triplici graduum ordine insignitam, quorum primus est capitalis per quinarios gradus distributus, altitudinem Solis supra horizontem habet indicare. Secundus est lateralis, & hic similiter per quinarios gradus vnà cum duodecim signis zodiaci, mutuo per artificium respondentibus procedens, continet in illis gradibus locum Solis. His tandem tertius in area tabulæ respondet, qui distantiam Solis horizontalem à meridiano computatam, & à circulis verticalibus distinctam, quam Azimuth vocant, insinuat, vt hic vides.

Sequitur tabula distantiæ Solis à meridiano.

Tabula distantiæ Solis à meridiano per gradus horizontales ad latitudinem 45. graduum supputata.

I		G	G	G	G	G	G	G	G	G	G	G	G	G	G	
Grad.		0	5	10	15	20	25	30	35	40	45	50	55	60	65	altitudinis
♋	30	124	119	113	108	103	98	94	89	84	78	72	63	53	36	
5	25	124	118	113	108	103	98	94	89	84	78	72	63	53	35	
10	20	124	117	112	107	102	97	93	88	83	77	70	62	51	32	
15	15	123	117	112	107	102	97	93	87	83	76	69	61	50	30	
20	10	122	116	111	106	101	96	92	86	82	75	68	60	48	27	
25	5	121	115	110	105	100	95	90	85	80	73	66	57	44	23	
♌	♊	119	113	108	103	98	93	88	83	77	71	63	54	40	19	
5	25	117	112	107	102	97	92	87	82	76	69	61	51	35		
10	20	116	110	105	100	95	90	85	80	74	67	59	48	30		
15	15	114	108	103	98	93	88	83	78	72	64	55	43	24		
20	10	111	106	101	96	91	86	81	75	69	91	51	37	5		
25	5	109	103	99	94	89	83	78	72	65	57	46	29	0		
♍	♉	106	100	96	91	86	80	75	69	61	53	40	20			
5	25	104	98	94	89	84	78	72	66	58	49	34				
10	20	101	96	91	86	81	76	69	63	54	44	28				
15	15	98	94	89	83	78	73	66	59	50	38	16				
20	10	96	91	86	80	75	69	62	55	45	31					
25	5	93	88	83	77	72	66	59	51	39	24					
♎	♈	90	85	80	74	69	62	55	46	33						
5	25	87	82	77	71	66	57	50	40	24						
10	20	84	79	74	68	62	55	46	35	15						
15	15	82	76	71	65	58	51	41	28							
20	10	79	73	68	62	55	47	36	20							
25	5	76	70	65	59	51	42	30								
♏	♓	74	67	61	55	47	37	23								
5	25	71	64	58	52	44	33	15								
10	20	69	62	56	49	41	29	0								
15	15	66	60	53	46	37	23									
20	10	64	58	51	43	34	18									
25	5	62	56	49	41	32	13									
♐	♒	61	55	48	40	28										
5	25	59	53	46	37	25										
10	20	58	52	44	35	22										
15	15	57	51	43	34	19										
20	10	56	50	42	33	17										
25	5	56	49	42	32	16										
30	♑	56	49	42	32	14										

Hanc autem tabulam si ad crebriores gradus extendere cupias, pete doctrinam capitis 13. tertię partis numero 2. & per ipsam operare.

Vsus tabulæ præmissæ.

QVum igitur distantiam Solis à meridiano, & consequẽter parietis declinationẽ habere volueris, animaduerte quando Sol alterutrum parietis latus pertranseat. quum enim videris Solem ipsum esse in parietis transcensu, tunc eius altitudinem supra horizontem perpende, & cam mox aut viciniorem quære in gradibus tabulæ superioribus. postmodum descende tandiu, quoad peruenias è regione eius loci in latere sinistro reperti aut vicinioris; illicò in communi numerorum concursu distantia Solis horizontalis à meridiano apparebit; quæ si fuerit maior 90. gradibus, & Sol fuerit in parte orientis, deme eam à semicirculo, & relinquetur declinatio ad ortum, si paries fuerit australis, aut ad occasum, si septentrionalis. Sed si Sol fuerit in parte occidua, hæc omnia venient inuersa.

Quòd si distantia ipsa fuerit minor quadrante, & Sol fuerit in parte orientali: tunc paries meridionalis declinat ad occasum, & septentrionalis ad ortum: in parte verò occidua existente, pars anterior parietis erit ad ortum, posterior, ad occasum, quorum omnium per temetipsum facere periculum non erit difficile, ideo nullo exemplo hic opus esse reor.

Corollarium.

POteris item ex præmissa tabula scire non modo distantiam Solis vnà cũ parietis à linea meridiana declinatione verum etiã quantum elongata sit quælibet stella à meridionali plaga, ac in qua mundi parte oriatur aut occidat, & pleraq; alia mathematicis non aspernanda.

Fabricatio instrumenti, per quod altitudo poli super quãlibet pendula superficie exploratur. Cap. 18.

IN quadrangulo rectangulo puta A B C D super centrum E para semicirculum, & ipsum (more astronomico) diuide in duos quadrantes, & quemlibet horum in 90. gradus distribue. Deinde eleuationem poli in tua regione, puta in nostra hac ciuitate 45. graduum pone iuxta F, & ex ordine procede per 55. 65. 75. 85. & 90. vbi tandem ascribes H. Mox incipe iuxta B 45. & retrosum scribe versus H 55. 65. 75. 85. ac tandem fac vt

vt 90. incidat in punctum H. Rursus incipe in puncto A ponendo ibi complementum eleuationis poli nempè 45. (nam A & B pro vno puncto computantur) & sic scribe uersus F retrorsum 35. 25. 15. 5. & 0. faciendo ibi notam G: & rursum procede versus F faciendo 5. 15. 25. 35. & 45. in linea F. Postea duc duas lineas a cẽtro E per pũcta H & G scribendo inter A G ac etiam inter H & B ALTITVDO POLI SVPER VERTICEM. At arcus G F H vocetur ALTITVDO POLI SVPRA HORIZONTEM. Ad lineam porrò A C adscribe MERIDIES. Ad B D SEPTENTRIO. Tandem filum cum perpendiculo demitte è centro E, & habebis instrumentum ad quencunq; vsum paratum, vt hic vides.

ALTIPOLARIVM.



Quum autem volueris eleuationem poli super inclinata superficie obseruare instrumentum hoc colloca cum linea C F D directè super lineam meridianam in ipsius superficiei planitie exploratam. Mox gradus à filo liberè demisso contactus indicabit altitudinem poli super planitie oblata. Quod si ceciderit super gradus altitudinis poli super horizontem, constitue horologium horizontale iuxta doctrinam capitis primi secundæ partis, ac etiam tertiæ partis capitis 9. & 10. numero primo, & erit illud accommodatum ad ipsam superficiem.

Si autem ceciderit super aliquem gradum in vtralibet altitudine verticali; tunc iuxta doctrinam capitis tertij, aut vndecimi eiusdem secundæ partis; aut 2. 9. & 10. tertiæ partis confice horologium erectum.

Sed

3 Sed si planum deorsum fuerit inclinatum, quemadmodum si in interiori parte alicuius tecti cupias horarium sciothericum figurare (dummodo illuc radij solares pertingere quæant vt hic) lineæ meridianę, quam semper in primis signare oportet, adhibe ipsum instrumentũ cum linea A E B sic enim stante, filum monstrabit tibi eleuationem polarẽ eiusdem superficiei. Aduerte tamen, vt semper latus A C versus meridiem conuertatur. & hæc intelliguntur in superficiebus pendulis, & inclinatis, nam in muris perpendicularibus, quamuis faciem suam auertant à recto meridiei tramite aut septentrionis, eorum altitudo poli exploratur secundum doctrinam capitis 11. secundæ partis, & quinti tertiæ, sumendo scilicet semper inuentum primum pro ipsa poli altitudine, cuius complementum erit altitudo æquatoris supra oblatam superficiem.



De gnomonis ratione, collocatione atque probatione. Cap. 19.

Nomon ex mathematicorum definitione, est stylus, siue verutum in horologijs sciothericis collocatum, ex cuius vmbra horæ singulæ interdiu noscuntur, atq; hic idem propterea horarius index, seu vmbilicus vmbræ Solis à nonnullis solitus est appellari. Sunt autem qui eum axem vocant, eò quod in horologijs præsertim Germanicis, locum axis mundi obtineat, quippe gnomonem illi inuersum ad angulum mediæ noctis collocant, cuius hypotenusa à basi, & cathero constituta imaginem referat axis mundi. Collocatio autem eius in simplicibus horarijs fieri debet hoc modo. Si horologium fuerit in plano, figendus est rectus in centro ipsius, dandaque opera, vt eius

eius extremum pari interuallo ęqualiter distet à diametro horæ sextæ, tantumque super lineam 22. horæ meridianæ attollatur, quanta est poli arctici supra finitorem altitudo. Itaq; id agendum, vt axi sphæræ mundi exactè respondeat, atque eius extrema vtrunque polum directò aspiciat, quod facilè effici poterit, si ad ipsum stylum quadrantem appenderis. Eadem quoque lex erit in horologijs muralibus meridiem præcisè spectantibus verum si aliqua ex parte ab recto meridiei tramite (vt plerunque contingit(deflectant: stylus quidem in centro horologij super ipsius lineam, quanta est ipsa eius eleuatio. Summa denique huius quòd fieri volumus, in eo consistit, quòd tres hę lineæ, nempè styli, eius eleuationis, & contingentiæ (quamuis ea operepreciuum non sit hic) semper constituans triangulum orthogonium, & scalenum. Quare si huiuscemodi triangulum fabricaueris, positoque eo super lineam styli per cathetum ei peculiarem, qui neutrorsum declinet, & angulus a catheto, & hypotenusa procreatus; sit in centro horologijs, mox hypotenusæ vmbra horas singulas sensim discriminabit, prout capite primo, & secundo secundæ partis manifestum est.

Simili modo atque dictum est horologijs etiam aquilonaribus sui indices horarij in altum consurgentes ad altitudinem videlicet poli borealis, accommodantur, vt patet in figura capitis 5. secundæ partis.

In horologijs autem orientalibus aut occidentalibus ad æquatoris altitudinem constitutis, infigendus est semper stylus in eius centro ad duò denarum regulæ longitudinem cuius extremitas æqualiter distet ab illa superficie, futurum indicium singularum horarum vsque in meridiem, aut à meridie vsque in occasum prout capite sexto secundæ partis recensebimus.

Porrò in superficie æquinoctialis, quamuis stylus aptandus sit ita vt à circunferentia æqualiter distet: poterit nihilominus indefinitę esse longitudinis, dum tamen eius extrema vtrunque polum prospiciant, vt patet in capite 7. secundæ partis, & hæc quo ad simplicium horologiorum rationes attinet hactenus dicta sufficiant, nunc de vmbraculis directò extantibus dicendum.

In horologijs igitur quibus per apicis styli vmbram colliguntur horæ, vt per totam tertiam partem patet, necesse est certò scire quanta precisè sit futura styli ipsius longitudo, vt in 12. partes inter se æquales ea diuidi possit: atque in eius collocatione animaduertendum est, vt in ipsius centro quam rectissimè collocetur, & vt neque à proprio loco, situ, & forma ex parte vlla declinet: alioquin si vel tantillum eius apex à vero abscesserit loco, causa erit vt in magnum errorem incidant, qui horas erunt exploraturi. Curatu igitur diligenter, vt ad conuenientem ei longitudinem extans super planum horologij eatenus erigatur, quatenus vtrinque angulum orthogonium constituat, ad intelligendum autem recte ne, an perperam factum sit, hæc via erit certissima.

Antequam

Antequam figas ſtylum, expãſo circino ad magnitudinem ſtyli, ſuper centrum E loci ſtyli duc peripheriam (occultam tamen) & eam duabus diametris in punctis A B C D quadrabis: & mox in eius cẽtro figes ipſum ſtylum. Deinde accepta intercapedine ſubtenſæ A C aut A D aut cuiuſuis eius quadrantis, pones alterum circini pedem primò in puncto A alterum verò porriges ad ſtyli apicem, nam ſi amborum mucrones mutuò ſeſe contigerint, id argumento erit ſtylum ipſum ex illa parte locum ac ſitum ſuum poſsidere: ſi ſecus euenerit, tunc citrò vltrouè tantiſper moueas ipſum, donec extrema ipſa in vnum coeant. Idem facias ex altera parte, ponendo alterum circini pedem in puncto C ac etiam in quacunque peripheriæ parte tibi libuerit, alterum verò ad ſtyli ſummum erigendo; neceſſe eſt enim vt vtriuſque extrema (ſtante altero circini pede in ipſa peripheria) ſeſe mutuo contingant, prout ſequens exprimit figura.



Finis primæ partis.

SECVNDÆ PARTIS DE SIMPLICIVM HOROLOGIORVM LINEAMENTIS.

ARGVMENTVM.

PRÆMISSIS hactenus quibuſdam neceſſariis rudimentis, nec non iactis primis veluti fundamentis ad vniuerſas noſtri operis operationes exequendas pertinentibus, quinetiam mathematicæ ſcientię admodum pręcipuis: nunc in hac ſecunda parte de ſimplicium ſolariorum ſymmetriis, eorũq; munere agere volens. operęprecium duxi etiam ſubiicere (vbicunq; opus fuerit) quo pacto tabulæ paſſim per totum hoc opus diſpoſitæ conſtituantur, quarum ſtructura quamuis prẹter opinionem operantis prolixior forte videatur (quum alioquin nulla breuior à me adhuc inuenta ſit via) tanta tamen collecti inde fructus ſeſe vndique pandet vtilitas, vt hos ſubiiſſe labores nullo quenquã modo pẹnitere poſſit: eoq; magis quod tabulæ ipſæ ſemel conſtitutæ, in ſempiternum perdurabunt æuum. In tota etiam erit manu, ſi tibi ita cordi erit, multas operationes per quadrantem ſuperius traditum (licet non tam exactè, quam per numeros perficiantur) expedire, ſi tamen vnionem rectam optans eo commodo vti noueris, necnon alterius alter viciſſim ſubeat ingreſſus. At quamuis huiuſcemodi ſolaria a meridie duntaxat in hac ſe-

cunda parte tradita, & a media nocte ordines horarum indicent: tamen si forte eas ab occasu Solis, Italico more reducere tibi libuerit, subtrahe arcum semidiurnum iuxta doctrinam capitis 3. primę partis inuentum, ab horis tuis pomeridianis, (vigintiquatuor tamẽ horis, si subtractio fieri nequeat, accommodatis) mox tempus ab occasu prodibit, & hoc ante mediam noctem: nam postea addendus est semper arcus seminocturnus. Quod si ipsas ab ortu computare desideres, & tempus sit ante meridianum, deme ex tuis horis arcum seminocturnum: post verò adde eis semidiurnum: sic enim procedendo, horas ab ortu Solis cum suis partibus computas deduces. Sed ne ea, quæ alias commemorauimus operam ludentes repetamus, ad secundæ partis operationes tradendas accedamus.

Finis Argumenti.

SECVNDA PARS DE SIMPLICIBVS HOROLOGIIS.

Horologium horizontale, hoc est in plano horizontali delineare. Cap. 1.

IN aliquo plano circulum super cẽtrum E tuo arbitratu describe, & hunc per duas diametros ductas nempè A B & C D in quatuor quadrantes discriminabis; quorum vnus saltem sit distributus in 90. gradus, sic nanque diameter A B principij graduum lineæ duodecimæ horæ meridianæ accommodabitur, & C D vtranque horum sextam repræsentabit, Hoc facto, ingredere tabulam sequentem cum gradu eleuationis poli in tua regione pro horizontalibus horologijs, & numerum graduum, & minutorum è regione dextrorsum sub prima hora pomeridiana, aut vndecima antemeridiana compertum, recẽse in gradibus quadrantis B C & mox ibi & super centrum A posita regula, duc lineam rectam pro ipsa hora. Rursus tabulam ipsam ingredere cum hora decima aut secunda; & numerum graduum, & minutorum sub ipsis, & è regione eleuationis poli correspondentium supputa similiter in ipso quadrante, ac tandem posita ibi regula, & super centrum, duc lineam horariam; & sic deinceps continuabis opus vsq; in sextam horam quarum diuisiones, expanso circino, in alterum traduces quadrantem, & sic tam dextrorsum, quam sinistrorsum lineas horarias ducendo in ipso centro concurrentes, totum semicirculum descripseris. Pro habenda verò septima vespertina, aut quinta matutina, prolongabis lineas oppositas. Idem pro inscribendis octaua, & quarta prout in sequenti figura perspicere poteris; sed prius accipe tabulam promissam.

Tabula arcuum horologiorum, tam in horizonte, quam verticali circulo ab ipsis horarijs circulis distinctorum ad multas poli eleuationes supputata.

Hoc cuiq; asseruab Dionis.

H. Pomeri-		1		2		3		4		5		6	dianæ.
H. Antemeri-		11		10		9		8		7		6	dianæ.
G	G	G	M	G	M	G	M	G	M	G	M	G	M
35	55	8	43	18	18	29	43	44	43	64	53	90	
36	54	8	57	18	40	30	26	45	30	65	23	90	
37	53	9	10	19	9	31	2	46	11	66	0	90	
38	52	9	22	19	34	31	37	46	50	66	23	90	
39	51	9	33	19	58	32	1	47	28	66	55	90	
40	50	9	45	20	21	32	44	48	4	67	22	90	
41	49	9	57	20	44	33	16	48	33	67	47	90	
42	48	10	10	21	7	33	46	49	10	68	11	90	
43	47	10	22	21	29	34	18	49	44	68	33	90	
44	46	10	32	21	51	34	47	50	16	68	54	90	
45	45	10	43	22	12	35	17	50	46	69	15	90	
46	44	10	54	22	32	35	44	51	15	69	35	90	
47	43	11	5	32	53	36	11	51	42	69	53	90	
48	42	11	17	23	13	36	37	52	9	70	11	90	
49	41	11	25	23	33	37	3	52	35	70	28	90	
50	40	11	35	25	52	37	28	53	0	70	43	90	
51	39	11	45	24	9	37	52	53	24	70	53	90	
52	38	11	55	24	27	38	15	53	46	71	13	90	
53	37	12	5	24	43	38	37	54	8	71	28	90	
54	36	12	13	25	2	38	58	54	29	71	41	90	
55	35	12	22	25	13	39	19	54	49	71	54	90	
56	34	12	32	25	19	39	39	55	9	72	5	90	
57	33	12	40	25	40	39	59	55	28	72	17	90	
58	32	12	48	26	5	40	19	55	45	72	27	90	
59	31	12	58	26	19	40	37	56	2	72	38	90	
60	30	13	2	26	33	40	55	56	18	72	49	90	

Eleuatio poli pro horologijs horizontalibus.

Eleuatio poli pro horologijs verticalibus.

Expeditis

Expeditis igitur lineis horarijs proprios adijce numeros, ac tandem fabrica triangulum simile atque æquale triangulo E B F, & ita super lineam E B erigatur, vt recta B F non discedat à perpendiculo, prout in sequenti figuratione ad latitudinem 45. graduum fabricata videre licebit.



Cautela.

Poteris etiã pro triangulo E B F erigere è centro stylum rectũ tantę altitudinis super lineam horæ 12. quanta est altitudo poli in tua regione: quod facilè fieri poterit per appensionem quadrantis. Parato itaq; horologio, poteris ab eo horas ante & post meridianas elicere, si ipsum radiante Sole posueris per lineam horæ 12 super lineam meridianam, ita ut A meridiem, & B septentrionem prospiciat.

Metho-

Methodus supputandi suprascriptam tabulam, hoc est, Angulos horarios in superficie horizontali indagare. Cap. 2.

Lateraliter.

Areatim.

QVòd si forte ad vlteriores poli eleuationes tabulam premissam producere volueris, ages in hunc modum. Duc sinum distantiæ horariæ à meridiano (dando pro qualibet hora 15. gradus) in sinum complementi altitudinis poli: & productum diuide in sinum totum: arcum autem numeri partitionis subtrahe à 90. gradibus: & remanentis huius siue residui sinum tibi propone vnà cum sinu complementi distantiæ horariæ à meridiano. Horum minorem duc in totum sinum, & productum diuide in maiorem: ac tandem arcus complementi numeri sectionis mostrabit tibi arcum horizontis quæsitum. cuius doctrinæ exemplum dabimus nullum, quum tabula præmissa, quam haud dissimili methodo ordineq; condidimus, affatim satisfactura sit.

Horologij verticalis descriptio. Cap. 3.

HOrologium verticale siue perpendiculare erectum præcisè meridiem aspiciens, non aliter fit, quam horizontale de quo capite primo huius dictum est, nisi quòd anguli horarij in tabula præmissa reperti sumuntur secundum altitudinem poli pro verticalibus horologijs, & numeri horarum opposito modo inscribuntur: Tandem figatur stylus in eius centro, qui tantum emineat super lineam perpendicularem, quanta est eleuatio equinoctialis in tua regione, aut erigatur triangulus ad ipsammet eleuationem, vt ex eius hypotenusa horæ singulæ dinumerari possint, prout patet in hac subiecta figuratione.



Methodus supputandæ tabulæ premissæ, hoc est, Angulos horarios in superficie verticali disquirere. cap. 4.

MEthodus, huius supputationis habet se sic. Duc sinum distantiæ horariæ à meridiano in sinum altitudinis poli, & productum diuide in sinum totum; arcum autem numeri sectionis à 90. gradibus minue, & emerget inuentum primum. Huius deinde inuenti sinum tibi propone vna cum sinu complenti distantiæ horariæ à meridiano; horum minorem duc in sinum totum, & productum diuide in maiorem. Mox arcus numeri partitionis dabit angulum quæsitum nempè distantiam verticalem à linea perpendiculari vsque ad lineam horę propositæ computatum. Hac autem methodo tabulam premissam cõdidimus, quam in exemplum huiusce operationis contemplari poteris vnà cum suprapposita figuratione ad latitudinem 45. graduum fabricato.

Corollarium.

ITud autem horologium non habet nisi duntaxat 12. horas. nam vtraque hora sexta, matutina scilicet, & vespertina obtinet locum horizontis, quæ etiam egerrimè ab vmbra styli haberi possunt. Hinc fit, vt linea 12. horæ meridianæ sit perpendicularis. At supra lineam vtriusque horæ sextæ horizontis, lineæ horarię non sunt necessarię sicut in horologijs horizontalibus. Nec te lateat, quòd sub latitudine 45. graduum altitudo poli est similis altitudini equinoctialis; hinc fit, quòd horologium verticale non differt ab horizontali. Qua de re consideranda est quędam non in iucundè alternans varietas huiusce modi horologiorum in quibuslibet duabus regionibus quarum latitudines simul iunctę summam graduum nonagenariam reddant. Exempli gratia si fortè ad omnes horas horologium fabricatum fuerit horizontale in eleuatione 48. graduum ibi statim habebis horologium verticale seu murale in eleuatione poli 42. graduum siquidē 42. & 48. coniuncti faciunt 90. Idem intelliges etiam in reliquis eleuationibus polaribus quod arcus verticalis, nempè horologium verticale sub tali arcu fabricatum in eleuatione poli sui complementi semper etiam erit horologium horizontale, vt patet ex hic ascripta tabella.

Tabula latitudinũ inuicem respõdentium.			
	90	23	67
1	89	24	66
2	88	25	65
3	87	26	64
4	86	27	63
5	85	28	62
6	84	29	61
7	83	30	60
8	82	31	59
9	81	32	58
10	80	33	57
11	79	34	56
12	78	35	55
13	77	36	54
14	76	37	53
15	75	38	52
16	74	39	51
17	73	40	50
18	72	41	49
19	71	42	48
20	70	43	47
21	69	44	46
22	68	45	

Descriptio horologij quando murus præcisè respicit septentrionem. Cap. 5.

Vòd si in altera parietis parte ad septentrionem exposita, reliquas horas ante sextam matutinam, & post sextam vespertinam pro dierum maximarum quantitate habere desideres: transferre poteris per circinum vltra lineam E D sextæ horæ, quintam pomeridianam, & septimam post mediam noctem ex horologio præcedēti assumptas, aut ipsas ex parte opposita (prout exigit ratio) prolongare, quemadmodum superius in horologio horizontali monuimus. Porrò stylus figendus est in centro E faciendūq; vt ascendat ac polum prospiciat, quod non erit aliud quam altera dimidia pars horologij horizontalis ad eleuationem poli cidem eleuationi respondentem fabricata vt hic vides.

HOROLOGIVM IN SVPERFICIE Septentrionem præcisè aspiciens.



Figura.

Figuratio horologij orientalis, & occidentalis. Cap. 6.

Vum volueris horologium describere in muro, aut trūco, qui præcisè orientem, aut occidentem respiciat: sic ages. In ipsa superficie mnrali, quæ præcisè respicit orientem, aut occidētem, duc duas lineas, alteram perpendicularē A B alteram verò C D ad eleuationem Aequinoctialis: quam per appensionem quadrantis ad lineam perpendicularem facilè efficies. Deinde super hanc lineam Aequinoctialis C D vbicunque libuerit, puta in punctum E fige regulam aliquam volubilem, quæ in 45. æquas portiunculas diuisa sit, sumpto exordio A loco centri E. Hanc regulam reuolue super lineam Aequinoctialis deorsum: & opera sequentis tabellæ distantias horarias in ipsa Aequinoctialis linea traduces, proprias signando notas.

Sed antequam vlterius procedamus, accipe methodum supputandi huiuscemodi tabellam.

Methodus supputandi hanc tabellā.

Quamuis tabella hæc satisfaciat per totum terrarum orbem pro huiusmodi horarum distantijs: tamen si scire desideres quo pacto supputetur, ages in hunc modum. Quum arcus semidiurnus sub æquinoctiali fit præcisæ semper sex horarum, quibus debentur 90. gradus. Sume singularum complementum, & adminiculo tabulæ vmbarum, partes, & minutias eisdem complementis respondentes elice, & fabrica tabellam, quæ à præmissa minimè degenerabit. Qua expedita diuide regulam aliquam in plures portiunculas vt hic vides.

Tabula lōgitudinum vmbrarū Solis ī ęquinoctiali ,p horologijs orientalibus & occidentalibus figurandis.

H ori.	H oc.	P	M
6		0	0
7	5	3	13
8	4	6	56
9	3	12	0
10	2	20	47
11	1	44	46
12		Infinita vmbra.	

Regla in 45. æquas partes diuisa.



Punctis itaque in æquinoctialis linea impresis statue regulam super

ipsa puncta, & duc lineas horarias lineam ęquinoctialis singulas orthogonaliter diuidentes. Verum animaduertendum est, quod hora sexta tränsit per centrum E. Porrò linea horæ quintæ orientalis est distantia horæ septimæ à linea horæ sextæ, Postremò proprios adijce numeros lineis horarijs vbicunque libuerit: atqs in centro E vbi fixa erat regula, erige stylum rectum neutrorsum declinantem, cuius longitudo sit præcisè partium 12. in quot ipsam regulam diuisimus, atque ad eius vmbræ terminum horæ ipsæ à meridie supputatę cognoscentur. Sed pro faciliore negocio sequentes inspice figurationes, quarum altera pro superficie orientali, altera pro occidentali deseruit.





Constructio horologij iuxta eleuationem æquinoctialis. Cap. 7.

Equinoctiale horologium prę alijs facillimum, sic describes. Fac circulum in superficie aliqua, & eum diuide in 24. æquas portiones, & adscriptis vnicuique proprijs numeris, paratum erit huiuscemodi horologium, quod erigendum erit ex vna parte super lineam meridianam iuxta eleuationem æquinoctialis hac scilicet lege vt in puncto horæ 12. tangat ipsam lineam. Tandem fige stylum in centrum circuli qui vbique in sua extremitate æqualiter distet à circunferentia circuli, & is mox ostendet vmbra sua singulas diei horas, idque Sole existente in signis borealibus: in australibus verò pars opposita siue inferior per vmbram eiusdem styli, horas itidem commonstrabit. Quòd si forte in ipsa superficie horas ab occasu Solis elicere volueris, fac ipsum circulum volubilem, & horam cum

ſuis minutijs, quibus contingit meridies, ſiſte inferius in linea meridiana: atque illicò hora cum ſuis partibus ab occaſu Solis exorſa per vmbram ſtyli patebit. Idem ages ſi horas ab ortu Solis indagare deſideres, ponendo tamen arcum ſemidiurnum ſuper ipſam lineam, vt hora cum ſuis partibus ad vmbra ſtyli dinumerata emergat, ſed quò facilius intelligas ea, quæ deſcripſimus, hanc inſpice figurationem.



Tria horologia in vno, & eodem ſtylo componere. Cap. 8.

POteris autem in vno, & eodem ſtylo ad poli eleuationem erecto, tria componere horologia quæ ſuperius dicta ſunt: nempè vnũ in plano, aliud in circulo ęquinoctialis ſuperficiem planam repręſentante, & tertiam in ſuperficie perpendiculari. Accommodabiſque ita hæc tria horologia, vt ſuperficies plana, & perpendicularis in baſi conueniat in angulo recto, & in medio ſit ſuperficies æquinoctialis, & per eius centrum tranſeat filum à centro vtriuſque ſuperficiei ductus, & ſit rectus ad poli eleuationem: & illicò

illicò triplices prædictas horarum ſedes ab vmbra ſtyli contactus habebis in promptu, prout ex ſequenti figuratione poteris contemplari.



Conſtructio horologij ad ſuperficiem planam ęquinoctialis: quod ſcilicet ſub æquinoctiali ſit horizontale, & ſub polo murale, & dicitur polare ſuperius. Cap. 9.

SVPRA capite 6. huius docuimus quonam pacto horarum diſtributio in horologijs orientalibus & occidentalibus ad eleuationem quidem æquinoctialis fieri debent: illinc tu quæ ad locum hunc neceſſaria ſunt aſſumes. Nam eodem modo illic agitur atque hic: niſi quod ibi totus conatus verſatur ad dimidium, hic verò ad integrum horologium. Vnde ſi duplex orientale, aut occidentale horologiũ, conſtitues polare: & quod ſub æquinoctiali eſt horizontale. Animaduertendũ tamen quod numeri horarum ſignantur aliter quàm ibi. nam linea horæ ſextæ eſt. 12. hora, quæ imminere debet lineę meridianæ, ita vt ſtylus æquinoctialẽ præciſè aſpiciat, & æquinoctialis horologij ad angulum

gulum rectũ intersecet lineam meridianam. Intuere igitur huiuscemodi figurationẽ, in quam mox subiungere poteris septimam matutinam & quintam vespertinam, quas ob marginum angustias hic missas fecimus.

Figura horologij penduli in longum axis mundi ad Austrum conuertendi.



Sexta porrò hora tam ante, quàm post meridiẽ hic quoque minimè haberi potest. quum huiusmodi murus easdem præcisè referat horas. Septima verò tam vespertina, quàm quinta matutina, eadem lege ac dictum est. in altera superficiei parte discribuntur, in uersis tamen numeris: nam quinta pomeridiana erit septima vespertina, quemadmodum septima matutina id est post mediam noctem erit quinta ab ipsa media nocte. In hac igitur superficie polari inferius non nisi duas horas inscribere poteris in nostra hac regione scilicet alteram matutinam sinistrorsum, & alteram uespertinam dextrorsum. Cæterum styli longitudo erit præcisè tanta, quanta est interca pedo duodenarum partium regulæ prout aliàs dictum est: qui quidem stylus figi debet in centro horologij, vbi scilicet fixa fuit regula, summitate eius vbique æqualiter distante, & sic fixo permanente, eius cacuminis vmbra horas singulas indicabit.

Earundem horarum interualla in aliqua superficie murali tam recte quam obliquè meridiem aspiciente per propriam tabulam facilè delineare. Cap. 10.

QVVM difficillimum sit inuenire murum aliquẽ, aut superficiẽ vllam verticalẽ, cuius aspectus nulla ex parte à meridiana plaga declinet, nisi hoc ex industria fiat: mihi sanè libuit docere, quẽadmodũ fieri possit, vt in quibuscũq; muralibus superficiebus horologiũ aliquod delineetur. Quare si offeratur tibi aliqua perpendicularis superficies, quę non solũ meridiem præcisè aspiciat: sed etiam ab eo ad orientem uel occidentem declinet, tuque cupias in ea per tabulam delineare horologium, ages in hunc modum.

Vide primũ per caput 16. aut 17. primæ partis, quot gradibus murus oblatus, à meridiano orientẽ versus. Occidentemue declinet aspectu, & hanc declinationem memoriæ trade. Deinde in ipso pariete duc lineam perpendicularem, quæ sit (puta A B duodecimæ horæ, & consequenter lineæ meridianæ asignanda & in hac linea puta in centro E fige semicirculũ per suũ centrum vnà cum longa filo, & ita accommodetur, vt eius semidiameter lineæ perpendiculari ad amussim incumbat, & eum firmabis. Hoc sic immobiliter quiescente. pete tabulam sequentem pro distantijs horariis figurandis ad varias parietum declinationes fabricatam, & è regione horarum lateralium sub declinatione murali prius inuenta, aut eidem propinquiore quos graduum & minutorum numeros offenderis, eos in semicirculo recense, atque ibi extenso filo, ad eius tactum in muro pro singulis horis, quas ex prædicta tabula elicueris, singillatim adhibe notam. Idem quoque facies in distantia lineæ styli, & lineæ eius eleuationis, notas identidem procreando. Animaduerteudum quod huiuscemodi gradus semper computantur à linea perpendiculari dextrorsum, aut sinistrorsum ascendendo procedendo, prout numeri sequentis tabulæ insinuant.

Sequitur tabula distantiarum horarum.

Tabula distantiarum horarum à linea perpendiculari pro muris tam rectis, quam obliquis.

Hic intratur quando murus declinat ad Occidentem.

G	0		5		10		15		20		25		30		35		G
H	G	M	G	M	G	M	G	M	G	M	G	M	G	M	G	M	H
6	90	0															6
7	69	15	73	52	78	43	83	52	89	13							5
8	50	46	14	4	57	46	62	3	66	59	72	24	78	17	84	33	4
9	35	16	37	10	39	23	42	4	45	24	49	21	54	7	59	41	3
10	22	13	23	4	24	4	25	23	27	3	29	6	31	40	34	55	2
11	10	43	11	0	11	27	11	40	12	14	12	55	13	48	14	57	1
12	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	12
1	10	43	10	33	10	32	10	35	10	40	10	52	11	9	11	32	11
2	22	13	21	34	21	10	20	52	20	42	20	43	20	53	21	11	10
3	35	16	33	43	32	34	31	30	30	54	30	21	30	7	30	6	9
4	50	46	47	57	45	39	43	41	42	2	40	41	39	38	39	27	8
5	69	15	65	1	61	20	58	1	54	58	52	32	50	22	48	32	7
6	90	0	84	58	80	19	75	30	71	6	64	5	63	27	60	9	6
7			114	58	101	17	96	8	90	47	85	28	80	12	75	15	5
8							117	51	113	1	107	35	101	43	95	27	4
9																	3
lin	0	0	4	58	9	52	14	30	18	54	22	55	26	34	29	50	sty
ele	45	0	49	45	54	0	57	35	60	32	62	46	64	20	65	14	sty

Hic intratur quando murus declinat ad Orientem.

Tabula

Tabula distantiarum horarum à linea perpendiculari pro muris obliquis sub latitudine 45. graduum.

Hic intratur quando murus declinat ad Occidentem.

G	40		45		50		55		60		65		70		75		G
H	G	M		M	G	M	G	M	G	M	G	M	G	M	G	M	H
8	90	59															4
9	66	14	73	38	81	57	89	57									3
10	39	2	44	15	51	40	59	0	70	1	82	29					2
11	16	23	18	16	20	51	24	22	29	29	37	4	49	3	66	35	1
12	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	12
1	12	3	12	48	13	31	14	33	15	55	17	41	20	3	23	15	11
2	21	44	22	18	23	7	24	13	25	34	27	14	29	20	31	59	10
3	30	12	30	22	30	49	31	32	32	26	33	37	35	5	37	55	9
4	38	16	37	54	37	49	37	51	38	10	38	37	39	24	40	22	8
5	46	59	45	45	44	43	43	58	43	27	43	8	43	13	43	16	7
6	57	15	54	45	52	33	50	24	49	6	47	50	46	46	45	59	6
7	70	34	66	19	62	26	58	57	55	54	53	16	50	58	49	3	5
8	89	1	82	38	76	27	70	24	65	22	60	32	56	35	52	59	4
9			106	22	97	44	89	33	80	57	72	51	66	16	59	4	3
10											97	20	84	15	71	44	2
11															113	25	1
lin	32	44	35	16	37	27	39	10	40	54	42	11	43	13	44	0	sty
ele	65	32	65	16	64	29	63	15	61	36	59	34	57	13	54	33	sty

Hic intratur quando murus declinat ad Orientem.

O Finis

Finis tabulę distantiarum horarum,&c.

G H	80 G	80 M	85 G	85 M	G H
11	94	3			1
12	0	0	0	0	12
1	27	41	34	36	11
2	35	22	39	33	10
3	39	8	41	43	9
4	41	35	43	13	8
5	43	31	44	18	7
6	45	25	45	15	6
7	47	29	46	2	5
8	49	55	47	9	4
9	53	30	48	47	3
10	60	43	51	56	2
11	85	57	62	1	1
lin.	44	34	44	53	styli.
elevua.	15	37	48	25	styli.

His expeditis, semicirculoque à pariete semoto, pone regulam semper in centro E, & super singula puncta, & duc lineas horarias, quæ in E centrum concurrant. Hoc autem non est ignorandum, quò murus ad orientem inclinatior sit, eò plures horas antemeridianas in parte scilicet ad occidentem versa inscribendas venire vna cum linea styli, & linea eius eleuationis. Econuersò autem in muris ad occasum vergentibus: quò enim murus à meridie ad occasum magis vergere deprehensus fuerit, eò plures horæ pomeridianæ cum cęteris lineamentis erunt notandæ prout per temetipsum operando comperies. Non aliter figurabis horarum contexturam in muris aquilonaribus, inuersis tamen delineamentis. Nam centrum horologij versus centrum terræ demittitur, lineis eius in altum consurgentibus, atque horarum numeri (vt plagarum expoſcit ratio) immutantur. Tandem erige stylum rectum super lineam styli, qui tantum immineat, quantum ab ea distat linea eius eleuationis: seu fabrica triangulum instar ambarum linearum mox ponendum super lineam styli, quemadmodum superius capite primo aut secundo huius significatum est, ac sequens exprimit figuratio ad declinationem occiduam graduum 50. sub latitudine 45. graduum fabicata.

DECLI-

DECLINATIO MVRI MERIDIONALIS ad occasum graduum 50.



Methodus fabricandi tabulam præmissam, hoc est distantias horarias in muris obliquis à linea perpendiculari supputare. Cap. 11.

ET quoniam tabula præmissa deseruit duntaxat ad latitudinem 45. graduum: iccircò si cupias habere tabulas ad alias latitudines, operepreciumerit eas particulariter supputare, idque in hunc modum efficies. Primum duc sinum complementi declinationis muri in sinum complementi altitudinis poli, & productum diuide per sinum totum; & arcus numeri partitionis erit inuentum primum. Sinum deinde complementi huius inuenti primi tibi propone vnà cum sinu altitudinis poli in tua regione: quorum minorem duc in totum sinum, & productum diuide in maiorem, arcus autem numeri sectionis à 90. gradibus sublatus dicetur inuentum secundum. Porrò huius inuenti secundi sinum rursus tibi propone, vnà cum

Lateraliter.

Areatim.

Area-tim. sinu complementi altitudinis poli; horum minorem duc iterum in totum sinum, & productum diuide in maiorem; mox arcus numeri sectionis inuentum tertium nuncupabitur. Hæc igitur tria inuenta seorsum seruare operepreciumum erit, quippe eis ad supputandos singularum horarum angulos postea indigebis. Sed antequam vlterius procedamus, exemplo quæ diximus, clarius explicabimus in hunc modum: Offertur mihi superficies muralis declinans ad ortum 30. gradibus sub latitudine 45. graduum. Complementum huius declinationis est graduũ 60. cuius sinus est 86602. Complementum altitudinis poli est graduum 45. sinus eius 70710. Horum duorum duco in alterum in altero, & productum diuido in totum sinum, & proueniunt ex arcu numeri sectionis gradus 37. minuta 46. nempè inuentũ primum. Huius inuenti primi complementum est graduũ 52. minutorũ 14. cuius sinus est 79051. sinus verò altitudinis poli est 70710. quem quum sit minor, duco in totum, & productum diuido in 79051. & ex numero sectionis emergunt gradus 65. minuta 26. Quibus à 90. sublatis, relinquuntur gradus 26. minuta 34. nempè inuentum secundum, cuius sinus est 44723. Hunc quoque tanquam minorem duco in totum, & diuido per 70710. ac tandem per numerum diuisionis elicio gradus 39. minuta 14. nempè inuentum tertium, vt patet in hac formula.

Late-rali-ter.

Area tim.

Exempli forma declinationis ortiuæ in latit. 45. graduum.				
	G	M	Sinus	
Declinatio muri.	30	0		
Complementum eius.	60	0	86602	Late-rali-ter.
Complem. altiutd. poli.	45	0	70710	
Inuentum primum.	37	46	61236	
Complem. inuent. prim.	52	14	79051	
Altitudo poli.	45	0	70710	Area tim.
Arcus à 90. minu.	63	26	89447	

	Tropicus Capric.				Aequinoctialis				Tropicus Cancri				
	Arcus		Vmbra		Arcus		Vmbra		Arcus		Vmbra		
H	G	M	P	M	G	M	P	M	G	M	P	M	H
21	285	36	102	8									3
20	287	37	32	33									4
19	288	19	17	47	308	15							5
18	287	10	10	55	311	45	44	14					6
17	282	16	6	36	315	37	20	59					7
16	267	14	3	34	320	55	12	22	334	33	88	34	8
15	209	31	2	19	329	34	7	27	339	39	32	2	9
14	164	45	4	11	348	47	4	10	347	12	18	49	10
13	152	28	7	30	40	51	2	42	358	31	12	55	11
12	148	50	12	25	90	0	4	22	15	49	10	12	12
11	148	13	20	13	107	49	7	46	37	16	8	47	13
10	149	16	39	17	116	25	12	49	59	32	9	40	14
9					121	12	22	0	46	56	12	32	15
8					125	0	47	58	88	31	18	7	16
7									96	19	30	20	17
6									101	42	74	34	18

Declinatio ad occasum graduum 70.

H													H
16									24	38	69	9	8
17					51	45			19	19	28	57	7
18					48	15	44	14	11	16	17	33	6
19	74	51	153	54	44	23	20	59	359	9	12	13	5
20	72	38	36	52	39	5	12	22	341	26	9	31	4
21	71	43	19	23	30	26	7	27	318	58	8	48	3
22	72	28	11	47	11	15	4	10	297	16	10	0	2
23	76	30	7	12	319	9	2	42	280	59	13	13	1
24	90	0	3	50	170	0	4	22	270	0	19	28	24
25	138	38	2	17	252	11	7	46	262	41	33	55	23
26	191	21	3	45	243	35	12	49	257	44	202	22	22
27	206	22	6	54	238	48	22	0					21
28	210	50	11	19	235	0	47	58					20
29	211	48	18	33							Dist.po.		19
30	211	6	34	17							53	13	18
31	208	53	122	17									17

Hic intratur quando murus est meridionalis, & procedit sinistrorsum.

Hic intratur quando murus est septentrionalis, & procedit dextrorsum.

Tabula

Tabula horologiorum muralium pro latitudine grad. 50.

Declinatio ad ortum graduum 80.

	Tropicus Capric.				Aequinoctialis				Tropicus Cancri				
	Arcus		Vmbra		Arcus		Vmbra		Arcus		Vmbra		
H	G	M	P	M	G	M	P	M	G	M	P	M	H
20	286	52	68	35									4
19	286	47	27	22									5
18	286	10	15	44	310	27	94	16					6
17	276	57	9	51	312	15	30	10					7
16	268	26	6	9	314	27	16	9	333	43	336	0	8
15	240	15	3	59	317	43	9	35	336	24	41	39	9
14	196	7	4	5	324	19	5	21	341	7	21	34	10
13	169	44	6	23	347	34	2	12	348	54	13	39	11
12	158	50	10	12	90	0	1	59	1	58	9	26	12
11	154	13	16	18	114	3	5	2	22	58	7	18	13
10	152	30	28	48	121	8	9	9	48	12	7	3	14
9	152	32	76	36	124	38	15	26	72	58	8	44	15
8					126	57	28	16	87	53	12	20	16
7					128	48	84	25	96	38	19	1	17
6									101	59	34	9	18
5									105	8	114	56	19

Declinatio ad occasum graduum 80.

H													H
16									25	59	143	43	8
17									22	59	36	29	7
18					49	33	94	16	17	52	19	51	6
19					47	45	30	10	9	23	12	48	5
20	73	16	88	39	45	33	16	9	355	11	9	0	4
21	73	6	30	34	42	17	9	35	332	52	7	7	3
22	74	38	17	3	35	41	5	21	305	50	7	12	2
23	78	55	10	37	12	26	2	12	284	14	9	13	1
24	90	0	6	39	270	0	1	59	270	0	13	12	24
25	113	31	4	12	245	57	5	2	262	19	20	37	23
26	157	20	3	53	238	53	9	9	257	23	38	45	22
27	194	3	5	16	235	22	15	26			182	17	21
28	199	49	9	29	233	3	28	16					20
29	205	19	15	4	231	12	84	25			Dist.po.		19
30	207	22	25	55							106	49	18
31	207	35	61	2									17

Hic intratur quando murus est meridionalis, & procedit sinistrorsum.

Hic intratur quando murus est septentrionalis, & procedit dextrorsum.

Tabula

Tabula horologiorum muralium pro latitudine grad. 50.

Hic intratur quando murus est meridionalis, & procedit sinistrorsum.

Oortum præcisè aspiciens.

	Tropicus Capric.				Aequinoctialis				Tropicus Cancri				
	Arcus		Vmbra		Arcus		Vmbra		Arcus		Vmbra		
H	G	M	P	M	G	M	P	M	G	M	P	M	H
20	286	30	616	0									4
19	285	38	45	20									5
18	283	3	22	12									6
17	277	5	13	35			44	46					7
16	267	54	8	54			20	47					8
15	248	43	6	8			12	0	334	7	53	41	9
14	217	12	5	14			6	56	336	23	24	23	10
13	187	17	6	28			3	13	341	4	14	37	11
12	170	0	9	29			0	0	350	0	9	29	12
11	161	4	14	37			3	13	7	17	6	28	13
10	156	23	24	23			6	56	37	12	5	14	14
9	154	7	53	41			12	0	68	43	6	8	15
8							20	47	87	54	8	54	16
7							44	46	97	52	13	35	17
6									103	3	22	12	18
5									105	38	45	20	19
4									106	30	616	0	20

Duc lineam ad altitudinem 40. graduum & ibi fac puncta vmbrarum.

H Occasum præcisè aspiciens. H

16									26	30	616	0	8
17									25	38	45	20	7
18									23	3	22	12	6
19							44	46	17	52	13	35	5
20							20	47	7	54	8	54	4
21	74	7	53	41			12	0	348	43	6	8	3
22	76	23	24	23			6	56	317	12	5	14	2
23	81	4	14	37			3	13	287	17	6	28	1
24	90	0	9	29			0	0	270	0	9	29	24
25	107	17	6	28			3	13	261	4	14	37	23
26	137	12	5	14			6	56	256	23	24	23	22
27	168	43	6	8			12	0	254	7	53	41	21
28	187	54	8	54			20	47					20
29	197	52	13	35			44	46					19
30	203	3	22	12									18
31	205	38	45	20									17
32	206	30	616	0									16

Duc lineam ad altitudinem 40. graduum & ibi fac puncta vmbrarum.

Hic intratur quando murus est septentrionalis, & procedit dextrorsum.

Metho-

Methodus supputandi tabulas præmissas, & primò, Altitudinem Solis supra horizontem ad singulas horas pro horologijs horizontalibus indagare. Cap. 3.

QVAMVIS tabularum, quas hactenus præmisimus pro horologijs horizontalibus fabricandis, talis & tanta sit multitudo, vt quiuis toto ferè terrarum orbe eis vti commodissimè possit: tamen ne celare videar id, quod omnipotens Deus sua benignitate mihi impertitus est, libuit in præsentia hanc peculiarem supputandi ipsas tabulas doctrinam, omnibus qui huiusce scientiæ tam dulces fructus degustare auent, summa fidelitate patefacere, & quoniam ea quæ in plano sunt præcedunt in ordine nostro lineamenta: ideo ab horologiorum horizontalium tabulis exordium sumam.

Igitur ad huiuscemodi operationem peragendam opus est in primis scire altitudines Solis supra opus horizontem ad singulas diei horas, & illas altitudines postremò in vmbras rectas resoluere. Deinde per easdem altitudines disquirere arcus horizontales atque ipsos ad distantias à linea meridiana redigere, & pleraque alia quæ infra singillatim edisseremus.

Ad altitudinem igitur Solis supra horizontem inuestigandam vtimur distantia ipsius à meridiano, quæ aut erit quadra ad vnguem cui debentur sex horæ æquales, & consequenter 90. gradus, aut maior ea, aut minor.

1 Si igitur distantia à meridiano fuerit præcisè quadra circuli, duc sinum eleuationis poli in sinum declinationis Solis; & productum diuide in sinum totum: mox arcus numeri partitionis monstrabit tibi altitudinem quæsitam, & quamuis res per se facilis sit; tamẽ hic exemplum dabimus horæ sextæ pomeridianæ sub latitudine 45. graduũ Sole, principiũ Cãcri possidẽte. Ductis igitur 70710. in 39874. & diuiso producto per totũ sinum, proueniunt 28195. quorum arcus est graduum 16. minutorum 13. altido nimirum quam quærebam, vt patet in hac formula. Lateraliter.

Exempli formula horæ 6. P. M.				
Latitud. 45. grad.	G	M	Sinus	
Distantia horæ 6.	90	0		
Altitudo poli	45	0	70710	Lateraliter.
Declinatio Solis	23	30	39874	
Altitudo Solis optata	16	23	28195	

2 Si autem memorata distantia quadrantem superauerit: eam ex dimidio circulo nempè ex 180. gradibus minue, & residui huius sinum duc in sinum complementi altitudinis poli, & productum diuide in sinum totum: Lateraliter.

totum : & arcum numeri partitionis subtrahe ex quadra circuli, & residuum dicetur inuentum primũ. Sinũ huius inuenti primi tibi propone vnà cum sinu altitudinis poli; horum minorem duc in totum sinum, & productum diuide in maiorem : de arcu nuumeri sectionis subtrahe complementum declinationis, & remanebit inuentum secundum. Tandem duc sinum inuenti primi in sinum inuenti secundi, & productum diuide in sinum totum : mox arcus numeri partitionis monstrabit altitudinem quæsitam. Quòd si libeat de hac re facere periculum, exemplum cape horæ 23. ab occau, Sole tropicum Cancri tenente sub latitudine 45. graduum. Arcus semidiurnus est graduum 115. minuta 46. à quibus demo gradus 15. remanent gradus 100. minuta 46. pro distantia horæ 23. à meridiano, quibus de 180. demptis (eò quod superent quadrantem) remanent gradus 79. minuta 14. quorum sinus est 89239. sinus complementi altitudinis poli est 70710. Duco igitur alterum in altero, & diuiso producto per totum sinũ, proueniũt in numero sectionis 69465. quorũ arcus est graduum 44. integrarum, cuius residuũ est graduũ 46. pro inuento primo. & sic deinceps procedo vt patet in hac formula.

Areatim. Lateraliter. Lateraliter.

Exempli formula horæ 23.				
Sole in ♋ latitud. 45.	G	M	Sinus	
Arcus semidiurnus	115	46		
Pro hor. 23. minuen.	15	0		
Distantia à meridiano	100	46		
Residuum de 180.	79	14	98239	Lateraliter.
Compl. altitud. poli	45	0	70710	
Arcus à 90. minu.	44	0	69465	
Inuentum primum	46	0	71933	Areatim.
Altitudo poli	45	0	70710	
Arcus	79	25	98299	
Compl. decl. min.	66	30		
Inuentum secundum	12	55	22353	Lateraliter.
Inuentum primum	46	0	71933	
Altitudo oprata h. 23.	9	15	16078	

3 Quod si prædicta distantia à meridiano minor quadrante extiterit, duc sinum eiusdem distantiæ in sinum similiter complementi altitudinis poli, & productum diuide per totum sinum; cuius arcus numeri sectionis à 90. gradibus sublatus, erit inuentum primum. Sinum huius inuenti primi tibi propone vna cum sinu altitudinis poli; minorem duc in sinum totum, & productum diuide in maiorem, & arcum numeri parritionis subtrahe à 90. gradibus; ad residdum adde declinationem Solis, si ipsa declinatio fuerit borealis; aut à dicto residuo minue eiusdem Solis declinationem, si fuerit meridiana; vel tale residuum seorsum serua, si declinatione Sol ipse careat; quodque aliquo horum trium modorum (vti res exigit) offeretur, si non fuerit maius quadrante, aut residuum eius de semicirculo si quadrantem superauerit; inuentum secundum nuncupabitur : Huius tandem inuenti secundi sinum duc in sinum inuenti

Lateraliter. Areatim.

uenti primi, & productum diuide in totum; mox arcus numeri sectionis dabit altitudinem quæsitam. Sed ne hic desideres exemplum, proponam horam 22. ab occasu Solis, Sole militer tropicũ Cancri tenente sub latitudine 45. graduũ. Distãtia horaria est graduum 85. minutorum 46. cuius sinus est 99727: sinus complementi altitudinis poli 70710. Duco igitur alterũ in altero, & productum diuido in totum, & emergunt in numero sectionis 70517. quorum arcus est graduũ 44. minutorum 51. quibus à 90. sublatis relinquuntur grad. 45. minuta 9. nempè inuentum primum, & sic deinceps procedo prout patet in hac formula.

Exempli formula horæ 22. ab occ.				
Sole in ♋ lat. 45. grad.	G	M	Sinus	
Arcus semidiurnus	115	46		
Pro duabus horis mi.	30			
Distantia horaria	85	46	99727	Lateraliter.
Complem. alt. poli	45	0	70710	
Arcus à 90. minu.	44	51	70517	
Inuentum primum	45	9	70895	Areatim.
Altitudo poli	45	0	70710	
Arcus à 90. minu.	85	52	99739	
Residuum	4	8		
Declinatio Solis add.	23	30		
Inuentum secundum	27	38	46381	Lateraliter.
Inuentum primum	45	9	70895	
Altitudo oprata h. 22.	19	12	32882	

Cautiones adhibendæ.

1 
ERVM quando inuentum secundum 9. gradns precisè complectitur : inuentum primum pro altitudine quæsita tenendum erit.

2 Facilius autem multò propositum exequeris, Sole æquinoctia possidente. Multiplicabis enim sinum complementi distantia horariæ in sinum complementi altitudinis poli, & productum diuides in totum : & arcum numeri partitionis pro altitudine quæsitu accipies. Lateraliter.

3 Hoc porrò meminisse iuuabit, quod primum inuentum ad vnam, & eandem horam tam ante meridiem, quam post, non variabitur, quamuis loca Solis diuersa, atque iccircò varias plerunque eius declinationes esse contingat. Similiter principium inuenti secuudi ad eandem horam stabile permanebit.

4 Structurus igitur tabulam horarum altitudines singularum ab occasu Solis continentem (nam à meridie operatio peruia est) subtrahe 15. gradus ex arcu semidiurno pro termino 23. horæ; & sic deinceps per detractionem quindenorum graduum quousque poteris, semper di-

ſtantiæ ſingularum horarum relinquentur à meridiano. & quando ipſa diſtantia ſit minor 15. gradibus; minues ipſam ex quindecim, poſtea per additionem quindenorum ſimiliter graduum, ſingularum horarum terminos ante lineam meridianam habebis, prout patet in ſequenti tabella ad latitudinem 45. graduum pro tropico æſtiuo præparata. Cum his itaque diſtantijs fabricabis tabulam altitudinum pro tropico Cancri, eo modo quo ſuperius dictum eſt. Idem efficies cum altero tropico, & æquinoctiali, ac etiam cum reliquorum ſignorum principia, & eorum de canis ſi libuerit; & ipſas ſupputationes ſeruabis.

Sed antequam ad arcum horizontalium, & verticalium inuentiones accedamus, operepreciumerit pro reliquis ſuperficiebus altitudines expedire, idque per capita ſequentia.

Tabula diſtantiarũ horarum à meridiano ad principiũ ♋ ſub latitudine 45. graduum.

G	M	H. ab occaſu	
115	46	Arcus ſemidiurnus	
15		Minue	
100	46	23	Pomeridianæ in parte A C B.
85	46	22	
70	46	21	
55	46	20	
40	46	19	
25	46	18	
10	46	17	
15	0		
10	46	Minue	
4	14	16	Antemeridianæ in parte A D B.
19	14	15	
34	14	14	
49	14	13	
64	14	12	
79	14	11	
94	14	10	
109	14	9	

Altitudines eaſdem in ſuperficie verticali ſupputare. Cap. 4.

SVPERFICIES verticalis in hac noſtra operatione intelligi debet quando ipſa ſuperficies præciſè reſpicit meridiem, & ſit perpendicularis; cuius operationem, quum parum differat à methodo capitis præcedentis, paucis tamen hic perſtringere arbitratus ſum. Exploraturus igitur altitudinem Solis ſuper huiuſcemodi ſuperficie ad ſingulas diei horas pro horologijs ſolaribus in ea fabricandis, efficies in hunc modum. Duc ſinum diſtantiæ horariæ à meridiano in ſinum altitudinis poli; & productum diuide per totum ſinum; mox arcus numeri ſectionis à 90. gradibus ſublatus relinquet inuentum primum. Huius inuenti primi ſinum tibi propone, vnà cum ſinu complementi altitudinis poli; quarum minorem duc

Latera liter.

duc in totum ſinum; & productum diuide in maiorem; mox arcus numeri diuiſionis à 90. gradibus ſublata, ad reſiduum adde declinationem illius gradus eclipticæ ſi fuerit auſtralis; aut deme, ſi ſeptentrionali (nam hoc loco ſigna æquiuocantur) aut ſeorſum ſerua ipſum reſiduum, ſi declinatione caruerit; & prodibit inuentum ſecuudum. Duc tandem huius inuenti ſecundi ſinum in ſinum inuenti primi, & prodoctum diuide per totum, atque illicò ex arcu numeri ſectionis altitudo optata prodibit.

Area tim. Latera liter.

Appendix.

ET quoniam pro horologijs figurandis indigemus quãdoque horarum principijs noctis; ideo ſoliti ſumus ſupputare etiam altitudines horarum 24. 25. 26. ac etiam aliarum complurium, addendo arcui diurno Capricorni ſingillatim gradus 15. pro terminis ipſarum quarum numerum aliquis ſi quadrantem ſuperauerit, vtimur doctrina numeri ſecundi, capitis præcedentis, demendo ſcilicet ipſam diſtantiam ex 180. gradibus, & ducendo ſinum huius reſidui in ſinum altitudinis poli, vt ex complemento arcus numeri ſectionis proueniat inuentum primum. Poſtea proponitur ſinus huius inuenti vnà cum ſinu complementi altitudinis poli; & minore ducto in totum, & producto diuiſo in maiorem: de arcu numeri ſectionis ſubtrahitur complementum declinationis, & relinquetur inuentum ſecundum; & ſic inuento ſecundo, & primo habitis, proceditur vt prius.

Latera liter. Area tim.

Altitudinem Solis ſuper quolibet variete perpendiculariter ſtante, quamuis non rectè meridiem aſpiciat per ſingulas horas ſupputare. Cap. 5.

VEMADMODVM capita præcedentia ad horizontalia ac etiã muralia meridiem pręciſè aſpicientia, ita præſens ad muralia obliqua pertinebit ſolaria. Aduertendum tamen quod altitudo poli in ipſa ſuperficie, eius complementum, & diſtantia horaria, ſupputantur iuxta traditionem capitis 11. ſecundæ parris; nam pro altitudine poli accipitur inuentum primum; & pro diſtantia horaria, inuentum quartum cuiuſcunq; horæ, præterquam in 12. hora meridiana (ſi de horis a meridie agitur) cuius diſtantia eſt inuentum tertium.

1 Itaque duc ſinum complementi declinationis muri per caput 16. primæ partis inuentę, in ſinum complementi altitudinis poli in tua regione,

Latera liter.

ne,& productum diuide per sinum totum; mox arcus numeri partitionis erit inuentum primum. Sinum complementi huius inuenti primi tibi propone vnà cum sinu altitudinis poli tuæ regionis; horum minorem duc in totum sinum, & productum diuide in maiorem; arcus autem numeri sectionis à 90.gradibus sublatus, dicetur inuentum secũdum. Huius inuenti secundi sinum rursus tibi propone vna cum sinu complementi altitudinis poli; minorem duc in totum sinum, & productum diuide in maiorem; mox arcus numeri diuisionis inuentum tertium nuncupabitur. Hæc itaque tria inuenta seorsum seruabis, quippe eis ad supputandas singularum horarum altitudines postea indigebis. Sed quò magis doctrina hæc elucescat, dabimus has sequentes supputationes pro declinatione murali graduum 55.sub latitudine 45.graduum. Duco igitur sinum complementi declinationis muri nempè 57357. in sinum complementi altitudinis poli nẽpè 70710. vt ex diuisione ductí emergat sinus 40557. cuius arcus est graduum 23. minutorum 56.hoc est inuentum primum. Deinde complementi huius sinum nempè 91401.mihi propone vna cum 70710,& hac ducto in toto, & diuiso per altero, proueniunt in numero diuisionis 77362. quorum arcus est graduum 50.minutorum 41.subtrahenda à 90.gradibus vt emergat inuentum secundum nempè gradus 39. minuta 19. & sic procedo prout patet in hac formula.

Areatim.

Areatim.

Exempli formula declinationis muri grad.55. sub lat.45.grad.	G	M	Sinus
Compl.declin.muri	35	0	57357
Compl.altitud.poli	45	0	70710
Inuentum primum	23	56	40557
Compl. inuenti primi	66	4	91401
Altitudo poli	45	0	70710
Arcus à 90. minut.	50	41	77362
Inuentum secundum	39	19	63360
Compl.altitudo poli	45	0	70710
Inuentum tertium	26	37	44802

Lateraliter.

Areatim.

Documenta admodum necessaria pro corollario.

HOC autem scire conuenit, quod inuentum primum est distantia lineæ eleuationis styli à linea styli, nempè eleuatio poli super ipsam superficiem.

Complementum inuenti primi, est eleuatio æquinoctialis ibidem.

Inuentum secundum, est distantia lineæ styli à linea perpendiculari.

Inuentum

Inuentum tertium, est arcus horarius inter lineam styli, & lineam meridianam in circulo æquinoctialis comprehensus.

Inuentum quartum, est elongatio Solis per gradus æquatoris à linea styli, siue ante ipsa sit, siue post, hoc est distantia horaria ab ipsamet linea.

Sequitur canon.

HIS expeditis, singulas occcasuales horas (si tempus fuerit post occasum) ad tempus ante, aut post meridiem traduces, & consequenter in gradus, & minuta æquatoris conuertes; & sic prosiliet distantia circuli horarij à meridiano, prout patet etiam in cautionibus capitis tertij huius, numero 4. sumendo in primis arcũ semidiurnum pro termino 24. horæ. Huic igitur arcui semidiurno adde inuentum tertium, si declinatio muri fuerit ad ortum: aut ab eo minue, si ad occasum; & emerget inuentum quartum ad horam 24. Deinde per detractionẽ semper quindenorum graduum pro qualibet hora earum inuẽta quarta prosilient, quarum priores citra lineam styli, hoc est dextrorsum (numeramus enim ab horis vespertinis, & procedimus à dextra in sinistrã) posteriores verò, vltra lineam ipsam scilicet sinistrorsum venient postea inscribendæ, prout videri in hac formula ad declinationem ortiuam graduum 55. supputata, Sole principium Capricorni posidente sub latitudine 45. graduum, cuius inuentum tertium est graduum 63. minutorum 39: addendum gradibus 64.minutis 14.arcus semidiurni,

Exempli formula declinationis ad ortum grad.55. Sole in ♑ sub latit. 45. graduum.		G	M	H
Arcus semidiurnus		64	14	
Inuentum tertiũ addendum		63	39	
	Citra lineam styli hoc est dextrorsum signandæ sunt.	127	53	24
		112	53	23
		97	53	22
		82	53	21
		67	53	20
		52	53	19
		37	53	18
		22	53	17
Minue ex 15. gradibus		7	53	16
	Vltra lineam styli hoc est sinistrorsum signandæ sunt.	7	7	15
		22	7	14
		37	7	13
		52	7	12
		67	7	11
		82	7	10
		97	7	9

VE

vt aggregentur gradus 127. minuta 53. pro inuento quarto ad terminũ 24. horæ: & sic detrahendo 15. gradus pro singulis horis proceditur.

Quando autem non poteris amplius detrahere 15. gradus deme ipsum inuentum quartum quod remanet ex 15. gradibus; & consequenter habebis inuentum quartum horæ mox sequentis, hoc est in transcensu horarum occidentalium ad orientales, vt apparet in hora 16. cuius inuentum quartum est graduum duntaxat 7. minutorum 53. quibus dẽptis ex 15. gradibus, remanent gradus 7. minuta 7. pro inuento quarto horæ 15. & sic semper adduntur gradus 15. vsque in terminum 9. horæ vt præmissam tabellam intuenti patet.

Habito igitur inuento quarto, duc eius sinũ in sinũ cõplementi inuenti primi, & productum diuide in totum: mox arcus numeri partitionis à 90. gradibus sublatus, dabit inuentum quintum. Sinum huius inuẽti quinti tibi propone vnà cum sinu inuenti primi; horum minorem duc in totum sinum, & productum diuide in maiorem: & arcum numeri sectionis subtrahe à 90. gradibus, ad residuum adde declinationem Solis, id est illius gradus, si signum australe fuerit: aut à dicto residuo minue ipsam declinationem, si fuerit septentrionale (siquidem in superficie verticali signa australia vicem gerunt signorum septentrionalium, & econuersò) si non fuerit hæc summa maior quadrante; aut residuũ eius de semicirculo, si quadrantem superauerit; inuentum sextum nuncupabitur. Huius tãdem sinum inuenti sexti duc in sinum inuenti quinti, & productum diuide in totum; mox arcus numeri sectionis dabit altitudinem quæsitã, prout in hac formula, quam in exemplũ prędictorum ad horam 15. Capricorni supputauimus, pro declinatione ortiua graduum 55. poteris contemplari.

Latera liter. Area - tim.

Latera liter.

Exempli formula horæ 15. ad declinationem ortiuam, grad. 55.	G	M	Sinus	
Inuentum quartum	7	7	12389	Lateraliter.
Compl. inuenti primi	66	4	91401	
Arcus à 90. minuen.	6	30	17320	
Inuentum quintum	83	30	99357	Areatim.
Inuentum primum	23	56	40557	
Arcus à 90. minuend.	24	6	40820	
Residuum	65	54		
Declinatio Solis adden.	23	30		
Inuentum sextum	89	24	99994	Lateraliter.
Inuentum quintum	83	30	99357	
Altitudo optata h. 15.	83	28	99351	

Cautio-

Cautiones.

1 SI inuentum quartum fuerit maius quadrante, ipsum ex dimidio circulo nempè ex 180. gradibus deme, & residui huius sinum duc in sinum complementi inuenti primi, & productum diuide in sinum totum: & arcũ numeri sectionis subtrahe ex quadra circuli, & residuum dicetur inuentum quintum. Huius sinum tibi propone vna cum sinu inuenti primi: horum minorem duc in totum sinum, & productum diuide in maiorem: de arcu numeri diuisionis subtrahe complementum declinationis, & remanebit inuentum sextum. Tandem sinum huius inuenti sexti duc in sinũ inuenti quinti, & productum diuide in totum: mox arcus numeri sectionis dabit tibi altitudinem optatam, quam postea per caput 26. huius in vmbram conuertes. De hac re nullum dabimus exemplum eò quod parum differat à methodo superiore.

Latera liter. Area - tim. Latera liter.

2 Si vero inuentum quartum fuerit præcisè quadra circuli; duc sinum inuenti primi in sinum declinationis Solis, & productum diuide in totum; illicò arcus numeri diuisionis monstrabit tibi altitudinem quam quærebas, prout dictum est etiam capite præcedenti, quum vna & eadẽ fit operatio.

3 Quòd si prædictum inuentum quartum nihil fuerit; accipe complementum inuenti primi; & ab eo deme declinationem Solis, si signum fuerit septentrionale: aut adde, si australe: & extemplò altitudo horæ oblatæ patebit.

4 Horas autem æquinoctiales facilius expedies in hunc modum: Duc sinum complementi inuenti quarti, in sinum complementi inuenti primi, & productum diuide per totum sinum; mox arcus numeri sectionis dabit altitudinem quam quærebas. Quare si dẽpseris 15. gradus ex 90. gradibus arcus semidiurni, & residuo adieceris inuentum tertium pro declinatione ad ortum; seu ipsum detraxeris ab ipso residuo pro declinatione ad occasum; mox prosiliet inuentum quartum horæ 23. & sic per detractionem quindenorum graduum pro qualibet hora, & postea per adiectionem, quando amplius non poteris detrahere, inuenta quarta singularum horarum patebunt: nam quum 15. gradus demere amplius non poteris, deme ipsum quod remanet ex 15. gradibus; postea semper adijcies 15. gradus, semper retro cedendo, & inuenta quarta prodibunt; quorum complementa venient tuis operationibus opportuna.

Latera liter.

Expeditis itaque huiuscemodi altitudinibus pro diuersis parietum inclinationibus, eas in vmbrarum partes, & minuta conuertere non erit difficile, prout infra per caput 26. huius explicabimus, sed prius alia expedienda sunt. Quòd si horologiorum tabulas condere volueris,

Ee

ris, hasce narratas supputationes seruare seorsum operepreciumerit; quippè eis postea indigebis, quum distantias horarias per doctrinam capitis, 13. aut 14. huius expedire volueris.

Easdem altitudines verticales ad superficiem polarem supputare. Cap. 6.

SVPERFICIES polaris de qua dictum est supra capite 8. aut 9. secundæ partis, est illa, cuius axis mundi efficitur linea meridiana, atque cum ea vnitur in corporaturque; ab æquinoctiali circulo orthogonaliter secta. Ad cuius superficiem si forte horologia solaria struere delectet, horarum altitudines in hunc modum expedies.

1 Duc sinum complementi distantiæ horariæ in sinum complementi declinationis Solis, aut illius gradus cuius altitudinem scire desideres; & productum diuide in sinum totum; & extemplo arcus numeri sectionis altitudinem optatam indicabit.

Latera liter.

2 Pro horologijs verò lateralibus, hoc est orientalibus, & occidentalibus figurandis (quum huiuscemodi negocium admodum opportunum sit) accipitur semper sinus distantiæ horariæ multiplicandus cum complemento declinationis Solis, vt ex arcu numeri diuisionis, altitudo optata proueniat.

Latera liter.

3 Si vero Sol fuerit in æquinoctiali, nulla alia supputatio erit necessaria; nam complementum distantiæ horariæ à meridiano dabit ribi altitudinem quam quærebas.

Porro huiuscemodi distantię inuẽtu non erunt difficiles, quum arcus semidiurnus sex horarũ spacio quibus 90. gradus debentur, præcisè contineatur. Hac autem via (adminiculo tabulæ vmbrarum) tabulam declinationis muralis 90. graduum distantiæ à meridiano ad singulas horas condidimus.

Horarum inæqualium altitudines disquirere. Cap. 7.



AVD secus quam dictum est capitibus præcedentibus, horarum inæqualium altitudines tam in superficie horizontali, quam murali inscribere poteris, si prius earum distantias à linea styli non ignoraueris. Iccircò tabulam sequentem portiones horarias continentem, condidimus; quam si cum arcu semidiurno intraueris, quærendo horarum, aut (quod idem erit) graduum arcus semidiurni numerum in ipsius summitate, & minutorum

nutorum horarum, aut etiam graduum exuberantium quantitatem in sinistro latere; mox portio horaria in angulo cõmuni prodibit, quę erit etiam distantia vnius horæ inæqualis a meridiano per gradus, & minuta æquinoctialis. Cui si adieceris totidem gradus, & minuta, duplicando ipsam; mox distantiam sequentis horæ conflabis, & sic cum reliquis.

Porrò quilibet gradus æquatoris valet quatuor minuta horæ: & cuilibet minuto horario debentur 15. minuta gradus.

Tabula portionis horariæ arcus semidiurni pro horis inæqualibus figurandis.

Minuta horarum	Minuta graduum	H 1		2		3		4		5		6		7		8		9		10		Arcus semidiurni.
		G 15		30		45		60		75		90		105		120		135		150		
		G	M	G	M	G	M	G	M	G	M	G	M	G	M	G	M	G	M	G	M	
0	0	2	30	5	0	7	30	10	0	12	30	15	0	17	30	20	0	22	30	25	0	
4	1	2	40	5	10	7	40	10	10	12	40	15	10	17	40	20	10	22	40	25	10	
8	2	2	50	5	20	7	50	10	20	12	50	15	20	17	50	20	20	22	50	25	20	
12	3	3	0	5	30	8	0	10	30	13	0	15	30	18	0	20	30	23	0	25	30	
16	4	3	10	5	40	8	10	10	40	13	10	15	40	18	10	20	40	23	10	25	40	
20	5	3	20	5	50	8	20	10	50	13	20	15	50	18	20	20	50	23	20	25	50	
24	6	3	30	6	0	8	30	11	0	13	30	16	0	18	30	21	0	23	30	26	0	
28	7	3	40	6	10	8	40	11	10	13	40	16	10	18	40	21	10	23	40	26	10	
32	8	3	50	6	20	8	50	11	20	13	50	16	20	18	50	21	20	23	50	26	20	
36	9	4	0	6	30	9	0	11	30	14	0	16	30	19	0	21	30	24	0	26	30	
40	10	4	10	6	40	9	10	11	40	14	10	16	40	19	10	21	40	24	10	26	40	
44	11	4	20	6	50	9	20	11	50	14	20	16	50	19	20	21	50	24	20	26	50	
48	12	4	30	7	0	9	30	12	0	14	30	17	0	19	30	22	0	24	30	27	0	
52	13	4	40	7	10	9	40	12	10	14	40	17	10	19	40	22	10	24	40	27	10	
56	14	4	50	7	20	9	50	12	20	14	50	17	20	19	50	22	20	24	50	27	20	
60	15	5	0	7	30	10	0	12	30	15	0	17	30	20	0	22	30	25	0	27	30	

Sed quo magis doctrina hęc elucescat, gemina dabimus exempla, alterum pro superficie horizontali, alterum verò pro murali declinãte ad occasum gradibus quinque sub latitudine 45. graduum, Sole principium Cancri possidente, cuius arcus semidiurnus est horarum 7. minutorum 43. Cum hoc igitur arcu ingredior præmissam tabulam, & è regione

gione 44. minutorum horarum (eò quod non reperiuntur 43.) & sub numero 7. comperio gradus 19. minuta 20. quibus (facta parte proportionali) detraho minuta 2. pro differentia, & fiunt prope modum minuta 18. Sunt enim gradus 19. cum minutis 18. portio nimirum vnius horæ inæqualis, & consequenter eius distantia à meridiano 5. qua duplata, aggregantur 38. minuta 36. pro distantia horæ sequentis, nempè octauæ aut quartæ inæqualis, nam computantur ab ortu Solis.

Exploraturus igitur eius altitudinem supra horizontem, duc sinum ipsius horæ in sinum complementi altitudinis poli nempè in 70710. & productum diuide per totum sinum, & sublato arcu numeri partitionis à 90. gradibus, relinquitur inuentum primum; & sic deinceps procedo prout superius capite tertio huius numero 3. dictum est. Latera liter.

Ad alterum exéplum, hoc est in superficie murali exequendum, cuius declinatio ad occasum est graduũ quinq; pro tropico Cancri sic procedo. Habita supputatione vsq; ad inuentum tertiũ, detraho ipsum, nempè gradus 7. minuta 5. à gradibus 38. minutis 35. distantiæ horariæ: & remanent gradus 31. minuta 31. pro inuento quarto. & sic procedo iuxta ordinem capitis quinti huius, quoad peruenio ad eius altitudinem, quam tandem per caput 26. huius in vmbram resoluo, vt patet in præsenti formula.

Exempli formula horæ 2. à lin. styli in declinatione murali, grad. 5. ☉ in ♋, lat. 45. gr.	G	M	Sinus	
Distantia horaria	38	36		
Inuentum tertium mi.	7	5		
Inuentum quartum	31	31	52274	Lateraliter.
Complem. inuenti pri.	45	13	70977	
Arcus à 90. minu.	21	47	37102	
Inuentum quintum	68	13	92853	Areatim.
Inuentum primum	44	47	70442	
Arcus à 90. minu.	49	21	75862	
Residuum	40	39		
Declinatio Solis min.	23	30		
Inuentum sextum	17	9	29417	Lateraliter.
Inuentum quintum	68	13	92859	
Altitudo optata h. 2.	15	54	27382	
Vmbra eius	42	7		

Altitudinem Solis supra horizontem, ac etiam in qualibet superficie, alio & pulchriori modo quam dictum est per totum terrarum orbem expedire. Cap. 8.

POTERIS porrò (præter cæteras doctrinas, quas hactenus tradidimus) alio & breuiori, ac faciliori modo altitudinem Solis supra horizontem ac etiam in qualilibet superficie, quacunque hora & minuto tibi libuerit, vbi vis gentium indagare, idque in hunc modum.

1 Exploraturus igitur altitudinem Solis supra horizontem, primo duc sinum complementi declinationis solis, in sinum distantie eius à meridiano: & productum diuide in sinum totum, & arcus numeri diuisionis à 90. gradibus sublatus dabit inuentum primum; quod erit etiam distantia Solis ab ortu æquatoris numerum. Huius inuenti primi tibi propone vnà cum sinu declinationis Solis; horum minorem duc in sinum totum, & productum diuide in maiorem; & arcum ex numero diuisionis prouenientem adde ad complementum altitudinis poli pro signis borealibus: aut ab eo complemento detrahe ipsum numerũ pro signis australibus, & emerget inuentum secundum. Igitur si hoc inuentum secũdum fuerit præcisè quadra circuli, tum Solem ipsum esse in circulo verticali argumento erit: ideo pro eius altitudine accipe inuẽtum primum. Si verò quadrantem superauerit: subtrahe ipsum à semicirculo, & sic remanebit inuẽtum secundum. Sinum tandem huius inuẽti secundi duc in sinum inuenti primi, & productum diuide in totum; mox arcus numeri sectionis monstrabit altitudinem Solis supra horizontem quem quærebas, verbi gratia. Latera liter. Area-tim.

Exempli formula horæ 22. sub lat. graduum 45. Sole in ♋.	G	M	Sinus	
Arcus semidiurnus	115	46		
Pro hor. 22. min.	30	0		
Dist. Solis à meridiano	85	46	99727	Lateraliter.
Compl. decli. Solis	66	30	91706	
Arcus à 90. minuen.	66	9	91455	
Inuentum primum	23	51	40434	Areatim.
Declinatio Solis	23	30	39874	
Arcus num. diuisionis	80	27	98615	
Compl. alt. pol. adden.	45	0		
Summa à 180. min.	125	27		
Inuentum secundum	54	33	81462	Lateraliter.
Inuentum primum	23	51	40434	
Altitudo optata h. 22.	19	14	32936	

Pono quod Sol sit in tropico Cancri, & sit hora 22. cupiens scire quo ta sit eius altitudo supra horizõtem sub eleuatione polari 45. graduum; sic operor. Primum minuo gradus 30. ex gradibus 115. minutis 46. ar cus diurni pro distantia horaria à meridiano ad ipsam horam 22. cuius sinus est 99727. Hæc duco in sinũ declinationis Solis nẽpè in 91706. & proueniunt ex numero sectionis gradus 66. minuta 9. quæ minuo ex quadra circuli, relinquuntur gradus 23. minuta 51. nempè inuentum pri mum. & sic deinceps procedo quoad peruenio ad altitudinem Solis ad horam 22. graduum 19. minutorum 14 vt patet in hac formula.

Cautiones admodum necessariæ.

2 SI distantia horaria quadrantem superauerit eam ex di midio circulo minue, & residui sinum duc in sinum complementi declinationis, & productum diuide in sinum totum vt prius; mox arcus numeri sectionis à 90. gradibus sublatus relinquet inuentum primum. Huius inuẽti primi sinum tibi propone vnà cum sinu declinationis Solis: horum minorem duc in totum sinum, & productum diuide in maiorem; de arcu numeri sectionis minue complementum altitudinis poli, & quod remanet erit inuentum secundum. Tandẽ duc sinũ huius inuenti secundi in sinum inuenti primi, & productum diuide per totum; mox arcus numeri sectionis dabit altitudinem quã quẽrebas. Sed ne hic desideres exẽplũ, en assumam horã 23. tropici Cancri cuius distãtia à meridiano est graduũ 100. minutorũ 46. sub latitudine 45. graduum. Hęc minuo ex 180. gradibus remanẽt gradus 79. minuta 14. quorum sinus est 98239. ducenda in 91706. complementi declinationis Solis: & producto diuiso in totum sinum, emergunt in numero sectionis 90091. quorum arcus est graduum 64. minutorum

Latera liter.

Area - tim.

Latera liter.

Exempli formula horæ 23.				
Sole in ♋, sub lat. 45. gr.	G	M	Sinus	
Arcus semidiurnus	115	46		
Pro hor. 23. minuen.	15	0		
Dist. à merid. ex 180. mi.	100	46		
Residuum	79	14	98239	Latera-
Compl. decli. Solis	66	30	91706	liter.
Arcus à 90. minu.	64	17	90091	
Inuentum primum	25	43	43392	Area-
Declinationis Solis	23	30	39874	tim.
Arcus num. diuisionis	66	46	91891	
Compl. altitud. poli mi.	45	0		
Inuentum secundum	21	46	37082	Latera-
Inuentum primum	25	43	43392	liter.
Altitudo optata h. 23.	9	16	16090	

torum 17. minuenda ex quadrante vt relinquatur inuentum primum; & sic procedo quoad peruenio ad altitudinem optatam quæ est graduum 9. minuta 16. prout in hac formula intuenti patet.

3 Quod si distantia horaria fuerit pręcisè quadra circuli, duc sinum altitudinis poli in sinum declinationis Solis, & productum diuide in sinum totum: mox arcus numeri sectionis monstrabit tibi altitudinem quæsitam. Latera liter.

4 Si autem Sol fuerit in æquinoctialis, pete cautionem secundam capitis tertij huius pro superficie horizontali: aut doctrinam capitis quarti aut quinti, pro murali: ducendo scilicet sinum complementi distantiæ horariæ, aut (pro murali) inuenti quarti, in sinum complementi altitudinis poli, aut complementi inuenti primi: nam arcus numeri sectionis dabit altitudinem quæsitam.

5 Poteris insuper huiuscemodi methodo vti ad supputandas omnes altitudines in quauis erecta superficie licet pendula sit & inclinata, sumendo semper inuentum quartum pro distantia horaria, & inuentum primum pro altitudine poli, & eius complementum pro complemento altitudinis poli: & æquiuocare signa, hoc est quod australia habeantur pro borealibus, & è conuersò, & cum eorum sinibus procedere per ordinem quoad peruenias ad ipsas altitudines.

6 Verum si inuentum quartum fuerit pręcisè quadra circuli, duc sinum declinationis Solis in sinum inuenti primi altitudinem poli in illa superficie repræsentantis, & productum diuide in totum sinum, arcus enim numeri sectionis dabit altitudinem optatam. Latera liter.

Cæterum nolo te latere, quod huiuscemodi supputationes seorsum serues, ac etiam principium cuiusuis inuenti primi. Nam in supputandis horarum distantijs singula venient opportuna.

Horarum altitudines in superficie pendula meridiem præcisè ac septentrionem aspiciente facilè explorare. Cap. 9.

HIC intelligendum est quando superficies directè meridiem versus, aut septentritionem inclinatur, quemadmodum sunt tecta quarũdam sacrarum ædium, quæ antiquitus tali industria extreui solebant, vt ortum pręcisè prospicerent ęquinoctialis, hinc necessario tecta earũ vergebãt ad meridiẽ, & septentrionẽ. Si igitur ad huiuscemodi superficiem horarum altitudines habere desideres, explora prius per caput 18. primæ partis (altipolario instrumento suppeditante) quanta sit alitudo poli super ipsa superficie à filo contacta, & eam altitudinem (quæcunque ea sit) seorsum seruabis.

1 Igitur si altitudo ipsa eleuetur super horizontem operabis iuxta traditiones capitum 2. secundæ partis, aut primi, tertij, & octaui tertiæ partis.

tis, & constitue horologiorum perinde ac si superficies esset horizontalis.

2 Quòd si altitudo ipsa ceciderit super gradus qui sunt supra verticem, tunc constitue horologium iuxta doctrinam capitis quarti secundę partis, aut quarti, quinti, & reliquorũ huius tertiæ perinde ac si superficies esset quouis modo eleuata, dummodo non declinet neque dextrorsum, neque sinistrorsum, quia si sic contingeret, vti posses doctrina capitis sequentis.

Pro quauis superficie pendula, & inclinata, quo pacto horarum altitudines supputentur.
Cap. 10.

SVPERIORI capite mentionem feci de pendulis superficiebus meridiem duntaxat, aut septentrionem præcisè aspicientibus: sed quoniam difficillimum est inuenire superficiem, cuius aspectus à quauis mundi plaga penitus aliqua ex parte non declinet; ideo ope reprecium hic duxi facere mentionem de eis, quæ propter eorum exorbitationem ita inclinata sunt, quod meridiem, neque septentrionem, neque zenith capitis vllo pacto prospiciunt, quemadmodum sunt tecta plana domorum, quæ neglecto certo cœli situ nullam mundi plagam præcisè seruant, & quamuis capitulum presens multos, & varios casus habere possit secundum diuersas, & penè infinitas plagarum inclinationes, qui sine labore non modico fortasse vix attingi posse videbuntur; ope tamen diuina fretus, huiuscemodi prouinciam (licet ardua, & difficilis sit) persequutus sum, quam summa facilitate tradere conabor.

Oblata igitur pẽdula quauis, & inclinata superficie si volueris ad eam dẽ horarũ altitudines supputare, explora prius per caput 18. primæ partis (altipolario instrumento suppeditante) gradum altitudinis poli super ipsa superficie à filo contractum; & eam altitudinem (quęcunque ea sit) seorsum serua. Deinde per caput 15. eiusdem primæ partis, numero 4. declinationem illius superficiei, siue ad ortum ea sit, siue ad occasum diligenter obserua; & eam similiter altitudinem obliuioni ne tradas.

1 Igitur si altitudo poli prius explorata ceciderit super gradus in altitudine horizontali, duc sinum altitudinis eiusdem poli in sinum com-
Latera liter. plementi declinationis eius, & productum diuide in sinum totum; mox arcus numeri diuisionis dicetur inuentum primum. Huius inuenti primi accipe complementum, cuius sinum tibi propone vnà cum sinu com
Area - plementi altitudinis illius poli super illa superficie; horum minorẽ duc
tim. in totum sinum, & productum diuide in maiorem: arcus autem numeri sectionis à 90. gradibus sublatus relinquet inuentum secundum.

Huius

Huius inuenti secundi sinum tibi propone vnà cum sinu altitudinis poli super illa superficie; horum minorem duc in totum sinum, & productũ Area -
diuide in maiorem: arcus autem numeri partitionis dicetur inuentum tim.
tertium. His igitur tribus inuentis habitis, procede eo modo, quo dictum est capite quinto, vel 8. huius addendo inuentum tertium ad arcum semidiurnum pro declinatione ad ortum; aut detrahendo pro occidua, vt proueniat inuentum quartum ad horam 24. & sic per quindenorum graduum detractionem, & postea per eorum additionem, inuenta quarta singularum horarum patebunt, prout dictum est supra. Sed ne hic desideres exemplum, en tibi proponam quandam superficiem pendulam, declinantem ad ortum gradibus 50. cuius altitudo poli supra horizontem est graduum 30. in illa superficie. Duco igitur 50000. Latera
sinus altitudinis poli in 64270. sinus complementi declinationis illius, liter.
& producto diuiso per totum sinum, proueniunt ex numero sectionis gradus 18. minuta 45. nempè inuentum primum cuius complementi sinum vnà cum sinu altitudinis poli in superficie illa mihi propono; & minore ducto in totum, & producto diuiso per maiorem; mox ex numero sectionis pro Area -
ueniunt gradus 66. tim.
minuta 9. quibus ex 90. gradibus demptis, relinquuntur gradus 23. minuta 51. nempè inuentũ secundũ, & sic deinceps, pcedo quoad peruenio ad inuentum tertium, vt patet in hac formula.

Exempli formula superficiei pendulę.				
	G	M	Sinus	
Declinatio ad ortum	50	0		
Complementum eius	40	0	64278	Late-
Altitu. poli in superficie	30	0	50000	rali-
Inuentum primum	18	45	32139	ter.
Compl. inuenti primi	71	15	94693	Area-
Cõpl. alti. poli in superfi.	60	0	86602	tim.
Arcus à 90. minu.	66	9	91455	
Inuentum secundum	23	51	40460	Area-
Altitu. poli in superficie	30	0	50000	tim.
Inuentum tertium	54	1	80920	

His itaque tribus inuentis habitis, addo inuentum tertium nempè gradus 54. & vnum minutum ad gradus 115. minuta 46. arcus semidiurni tropici Cancri, & conflantur gradus 169. minuta 47. pro inuento quarto horæ 24. & quoniã exemplum dare intendo horæ 18. (nam vltra hujusce terminum Sol ipse superficiem ita inclinatam radiare nequit in ipso tropico existens) ideo demo ab inuento quarto gradus 90. & remanent gradus 79. minuta 47. pro inuento quarto horæ 18. Huius inuenti sinũ nempè 98414. Latera
duco in 91706. sinus complementi declinationis Solis; & producuntur liter.
902515284. quibus diuisis per totum sinum relinquutur 90251. quorum arcus est graduum 64. minutorum 29. quibus à 90. gradibus subtractis, relinquuntur gradus 25. minuta 31. & hæc voco inuentum primũ & sic deinceps procedo iuxta ordinem capitis 8. huius, quoad peruenio

nio ad altitudinem horæ 18. quam deprehendo esse graduum 16. minutorũ 25. vt patet in hac formula, quam in exemplo prædictorum subiungere volui.

Exempli formula horæ 18. in superficie pendula sub latitu. 45. grad.				
Sol in Cancro	G	M	Sinus	
Arcus semidiurnus	115	46		
Inuentum tertiũ adden.	54	1		
Inuent. quartũ h. 24.	169	47		
Pro hor. 18. minuen.	90	0		
Inuent. quartum h. 18.	79	47	98414	Lateraliter.
Compl. decli. Solis	66	30	91706	
Arcus à 90. minu.	64	29	90251	
Inuentum primum	25	31	43077	Areatim.
Declinationis Solis	23	30	29874	
Arc. addẽd. cõpl. alt. pol.	64	46	92564	
Cõpl. alt. pol. in supfi. ad.	71	15		
Summa minuen. à 180.	139	1		
Inuentum secundum	40	59	65583	Lateraliter.
Inuentum primum	25	31	43077	
Altitudo optata h. 18.	16	25	28250	

Reliqua vero etsi infra digesta sint; tamen quo facilius tabularum ordinẽ percipere valeas, hic operepreciumduxi vlterius procedẽdum. Ad inuestigãdum igitur arcum verticalem huius horæ quem Arabes Azimuth vocant, hoc est distantiã eius à linea styli nempè à semidiametro A E aut E B sic procedo. Duco inuenti, quarti sinum in sinum complementi declinationis Solis, & productum diuido per sinum totum, & proueniunt in numero sectionis 90251. inuentum primum. Hoc autem quum sit minus, duco in totum, & productũ diuido per 95931. sinus complementi altitudinis horæ, & proueniunt ex arcu numeri sectionis grad. 70. minuta 11. distantia nimirũ quam cupiebam à pũcto A versus C computanda vt patet in hac formula. Hæc enim distantia vnà cũ reliquis horarum principijs huius tropici contingunt vltra diametrum C D quum inuentum primum vicem gerens altitudinis poli, sit minus quam declinatio Solis. Ideo non opus est amplius circuli verticalis altitudinẽ indagare. Eandem operationem ago cum reliquis.

Exempli formula Azimuth.				
Horæ 18.	G	M	Sinus	
Inuentum quartum	79	47	98414	Lateraliter.
Complement. dec. So.	66	30	91706	
Inuentum primum			90251	
Complem. altitud.	73	36	95931	Areatim.
Azimuth horæ 18.	70	11	94070	

Documentum.

VVM autem huius tropici Cancri horarum principia in medietate circuli superiore, hoc est in parte A C E D atq; modo citra, modo vltra styli lineam ipsa vagari necessum sit; ideo ab horis vespertinis retrocedendo vsq; vltra 13. horam (quum ibi lineæ styli fit transitus) quælibet earum puncta contingunt in quadrante A C: reliquæ vero in altero ei consimili nempè A D vlrra lineam ipsam extenduntur. De alijs vero punctis, puta æquinoctialis, & alterius tropici nulla omnino est ambiguitas, præter quam in transitu lineæ styli, quum infra diametrum C D deputentur, iccircò quæ sunt ante lineam styli, hoc est temporis vespertini, in quadrante C B: post verò, in altero B D veniunt inscribendæ.

Sequitur methodus.

1 

XPEDITIS horarum distantis per quadrantes passim distributis, reduc eas ad integrum circulum, primo à linea styli, postea à linea perpendiculari, idq; in hunc modum, si ipsæ contingant in quadrante C B nihil addas, sed scribe eas vt sunt. Si in quarta A C deme eas à semicirculo. Si in quarta A D adde eis semicirculum. Tãdem si in quarta D B minue eas à toto circulo; sic enim à linea styli singulas earum distantias computatas habebis, & hæc operatio sufficit pro qualibet superficie horizontali, & verticali. Sed si ipsa superficies per. aliquam partem ab alterutra istarum plagarum declinauerit: tunc singulis distantijs addes inuentum secundum pro muris ortiuis: aut demes pro occiduis. Verum si superficies fuerit pendula ortiua, ac eleuatio poli sit in gradibus supra horizontem (vt hæc de qua superius mentionem fecimus) post reductionem singularum à linea styli, minue ab ipsis inuentum secundum; & è conuersò si fuerit occidua. At si eleuatio poli contingat supra verticem, addes singillatim inuentum secundum pro declinatione ad ortum: si secus, facies ècontra, & tandem habebis distantias singularum a linea perpendiculari, & hęc sufficiunt pro prima parte huius capitis.

2 Si verò altitudo poli prius per caput 18. explorata illa superficie fuerit supra verticem; duc sinum complementi ipsius altitudis in sinum complementi declinationis eius, & productum diuide in sinum totum; mox arcus numeri sectionis dicetur inuentum primum. Cum hoc igi- Lateraliter.

tur inuento primo procedes eo modo quo dictum est prædicto capite 5.huius,accipiendo postea inuentum quartum pro distantia horaria, & opus continuando iuxta eius traditionem. aut etiam(si mauis) per doctrinam capitis 8.huius numero 5. sic enim singularum horarum altitudines ad quãcunque superficiem expedire poteris. & quoniam res per se facilis est nec vllo exemplo opus esse reor,ideo pertranseo.

Horam diurnam cum suis partibus ex altitudine Solis supra horizontem accuratissimo calculo disquirere.
Cap. 11.

OCTRINA hæc penitus inuersa est à superiore capitis tertij; in ea enim docuimus per horam diurnam inuenire altitudinem Solis supra horizontem; per hãc autem èconuersò,hoc est ex ipsius altitudine hora ipsa cum suis partibus perscrutatur. Quę quidem quãuis horologijs figurandis minimè conducat: tamen quum his qui primi mobilis actiones tractant, plurimæ vtilitati sit (præcipuè in genituris, electionibus, interrogationibus, & huiusmodi) eam putaui omitti vtique non debere. Igitur si te forte delectet peculiares condere tabulas tuæ regioni inseruientes per quas distantia Solis à meridiano, & consequenter hora diurna ex ipsius altitudine, quotiescunque opus fuerit, explorari possit, ages in hunc modum.

1 Per caput quintum primæ partis quæsæ declinationem Solis, quæ si fuerit septentrionalis adde eam complemento altitudinis poli; vicissim subtrahe eam,si sit Sol in signo australi,& prouenier altitudo meridiana.
Area-tim. Sinum huius altitudinis meridianæ duc in sinum totum, & productum diuide in sinum complementi altitudinis poli; & numerum partitionis dic inuentum primum. Deinde duc etiam sinum altitudinis Solis supra horizontem tempore tuæ obseruationis in sinum totum, & diuide
Area-tim. productum in sinum complementi altitudinis poli,& numerus partitionis erit inuentum secundum. Vtroque hoc inuento habito, subtrahe, secundum à priore (semper enim est minus) reliquum rursus duc in totum, & productum diuide in sinum complementi gradus declinatio-
Area-tim. nis Solis, & quotiens vocabitur inuentum tertium, quod si minus fuerit sinu toto, subtrahe ipsum à toto sinu, & arcum residui iterum de 90. gradibus subducto, remanebit arcus distantiæ Solis à meridiano. Sed si hoc inuentum tertium maius fuerit toto sinu,subtrahe hinc sinum totum, & arcum residui huius adde à 90.gradus; sicque habebis arcum ante, vel post meridianum. Eum si per caput 5. primæ partis in horas, & suas fractiones conuerteris, mox hora quam optabas prodibit.

2 Facilius autem,Sole æquinoctium possidente distantiam eius à meridiano

diano obtinebis, idque in hunc modum. Duc sinum altitudinis Solis Area-tempore obseruationis in totum sinum; & productum diuide per sinum tim-complementi altitudinis poli: nam arcus numeri diuisionis à 90.gradibus sublatus, dabit distantiam optatam.

Horas noctu per stellas explorare.

DEM in stellis efficere poteris, fabricando tabulam particularem ad quancunque tibi libuerit stellam: qua quum vti volueris pro horis nocturnis inuestigandis,ages in hunc modum. Nocte serena,horam stellæ cum suis partibus explora, & seorsum serua. Deinde ascensionem obliquam Nadir occasus stellæ detrahe ab ascensione obliqua Nadir loci Solis, & hanc differentiam similiter surripe ab hora stellæ in gradus, & sua fragmenta conuersa,& protinus hora noctis cum suis partibus remanebit. Verbi gratia, Cupio scire quota hora sit noctis die sextam Iulij sequentis, idque per altitudinem spicæ Virginis, quæ in parte occidua supra nostrum hemisphærium eleuata fuit gradibus 19.indicantibus 22.horam. Subtraxi igitur gradus 6. minuta 39. Nadir occasus ipsius stellæ à gradibus 318.minutis 4.Nadir Solis 23. gradum Cancri occupantis,& remanserunt gradus 311. minuta 25. distantiæ nimirum stellæ à Sole. Hanc deinceps distantiam demum aufero ab horis 22.in gradibus resolutis, nempè à gradibus 330.& remanẽt gradus 18.minuta 35.efficientia horam vnam cum minutis 14. tempus nimirum optatum post occasum Solis, vt patet in hac formula. Atque idem seruatur in reliquis. Porrò ascensionem obliquam tam occasus stellæ,quam Nadir Solis,habebis superius per doctrinam capitis 7.primæ partis.

Exempli formula spicæ virginis Sol in 23.grad.⚍.latitud.45.grad.		
	G	M
Ascensio obliqua Nadir Solis	318	4
Ascẽ.obliqua Nadir oc.stel.m.	6	39
Distantia stellæ à Sole	311	25
Horæ 22.in grad.redactæ	330	0
Distantia Stellæ a Sol.min.	311	26
Distantia Solis ab occas.	18	35
Hora noctis optata	1	14

Et quoniam hæc,& pleraque alia,quæ etiam ex nonnullis tabulis primæ partis elici possunt (quum horologiorum quidem fabricis parum conducant) adiecta sunt in modum corollarij;ideo verborum breuitate vtcunq; vsus sum. Verum si explicationem de his notitiam habere desideres, ea petes ex capite 49. quinti tractatus nostri viridarij.In eo enim singula,quæ ad huiuscemodi negociũ attinẽt,abũde explicata cõperies.

Altitu-

Altitudinem Solis in circulo verticali breuiter determinare. Cap. 12.

VERTICALIVM circulorum nostris operationibus magis idoneus est ille qui trâsit, per ortu & occasum æquatoris, & per zenit capitis nostri, diuiditque horizontem & meridianum ad angulos rectos, ad quem Sol peruenire non potest, nisi sit in aliquo signorum septẽtrionalium. Per huiuscemodi autem altitudinem scimus in qua circuli horizontalis medietate horarum principia anne in septentrionali, an in meridionali inscribenda sint. Similiter in superficie erecta, quum horarum loca præcipuè matutinarũ aut vespertinarum tropici superioris (nam de altero tropico & æquinoctiali, eò quod sub diametro peripheriæ C D cadant, minimè ambigendum est) ignoretur quandoque anne supra, an infra ipsam lineam collocanda sint, per huiuscemodi circulum ambiguitas omnis penitus tollitur, prout infra proprijs locis recensebimus.

1 Exploraturus igitur altitudinem Solis in circulo verticali, propone tibi sinum altitudinis poli in tua regione supra horizontem, & sinum declinationis Solis, horum minorem duc in totum sinum, & productum diuide in maiorem. mox arcus numeri partitionis monstrabit tibi altitudinem quęsitã quę nulla erit, si Sol ipse fuerit in ęquinoctiali. Sed quamuis operatio hęc per se facilis, sit breui tamen exemplo rem melius aperire conabor, idque tropici Cancri sub latitudine 45. graduum, cuius declinatio est graduum 23. cum dimidio, eius sinus est 39874. sinus autem latitudinis regionis est 70710. Duco igitur 39874. in totum sinum, & productũ diuide per 70710. & extemplo cõflantur in numero sectionis 56390. quorum arcus est graduum 34. minutorum 20. prout in hac formula intuenti patet.

Area-tim.

Exempli formula tropici ♋.			
	G	M	Sinus
Altitudo poli	45	0	70710
Declinatio Solis	23	30	39874
Altitudo optata	34	20	56390

Area-tim.

2 Haud dissimiliter operaberis pro horologijs muralibus, ducendo sem per sinum declinationis Solis tanquam minorem in totum, & productum diuidendo per sinum altitudinis poli super oblata superficie, scilicet per sinum inuenti primi. nam arcus numeri sectionis erit altitudo optata. Huiusce operationis exemplum dabimus cuiusdam superficiei ad ortum declinãtis gradibus 55. sub latitudine 45. graduum, Sole principium Capricorni possidente (nam signa australia efficiuntur borealia in superficie erecta.) Altitudo poli in ipsa superficie est graduum 23. minutorum 56. cuius sinus est 40567. sinus verò declinationis Solis est 39874. Hunc tanquam minorem duco in totum, & productum diuide in maiorem, ac tandem proueniunt in numero sectionis 98291. quorum arcus gradum 79. minutorum 24. altitudo nimirum desiderata Solis in circulo verticali super oblata superficie declinante ad ortum 55. gradibus.

Latera liter.

Exempli formula declinationis ad ortum grad. 55. tropici ♑.			
	G	M	Sinus
Altitu. poli in superficie	23	56	40567
Declinatio Solis	23	30	29874
Altitudo Solis in circulo verticali sup̃ murum	79	24	98291

Area-tim.

3 Quòd si altitudo illa polaris in superficie erecta quæ est inuentum primum, fuerit minor declinatione Solis: tunc locum styli vltra tropicum Capricorni processisse argumento erit. Itaque horarum principia illius tropici in medietate circuli superiore venient inscribenda, nec amplius verticali circulo operepreciumerit, prout in capite sequenti fusius explicabimus.

Azimuth, hoc est distantiam Solis horizontalem à linea meridiana in superficie plana; seu verticalem à linea styli in superficie erecta, ad singulas diei horas concludere. Cap. 13.

1 AZIMVTH (Arabico sermone sic dicti) sunt circuli, aut (si mauis) arcus in cœlo imaginati, qui in superficie plana transeuntes per zenith capitis nostri diuidũt orthogonaliter horizontem, ac totum hemisphærium in quaslibet partes, de quorũ numero est meridianus & circulus quem vocamus verticalem. At in superficie verticali transeunt per intersectionem meridiani circuli & horizontis, & diuidunt similiter circulum verticalem in totidem partes perinde ac de horizonte dictum est. Per hos autem scimus in qua mundi parte Sol, aut stella aliqua oriatur aut occidat: seu quantum elongetur à meridiano, verum in horologijs nostris vtimur eis duntaxat ad situandas horas, idque pro geminis tropicis, & æquinoctiali, & vocamus eos arcus horizontales, aut verticales. Et quoniam institutio nostra est prius de horizontali superficie tractare, quam de vercali: ideo ad horizontalia solaria nostrum in primis conuerremus sermonem.

2 Igitur si distantiam Solis horizontalem indagare volueris, ages in hũc modum.

modum. Duc ſinum diſtantiæ horariæ à meridiano (dando pro quali-
Latera liter. bet hora 15. gradus) in ſinum complementi altitudinis Solis, & produ-
ctum diuide per totum ſinum: numerus autem ſectionis vocari pote-
rit inuentum primum. Mox propone tibi hoc inuentum, vnà cum ſi-
nu complementi altitudinis Solis ad eandem horam per caput tertium
Area- huius, aut quomodo alio modo reperte. Horũ minorẽ duc in totũ ſinum,
tim. & productum diuide in maiorem; illicò arcus numeri ſectionis dabit
tibi diſtantiam optatam: meridionalem quidem, ſi Sol auſtrinam peram-
3 bulauerit ecliptícæ partem; borealem autem, ſi aquiloniam poſsidebit,
modo ipſius Solis altitudo minor ſit ea quam habet in circulo vertica-
li; nam ſi fuerit maior, ipſa horizontalis diſtantia, meridiana veniet
adhuc nuncupanda, quanquam Sol in boreali ſit ecliptícæ medietate.
Ideo recurrendum eſt ad doctrinam capitis precedentis, vt ſciatur quã-
ta ſit altitudo Solis in verticali circulo; qua cognita, horas tam veſper-
tinas, quam matutinas tropico Cancri deputatas, ad proprium mundi
ſitum dirigere facilè poteris, addendo ſcilicet ipſam diſtantiam ad 180.
gradus; ſeu ab eis detrahendo ipſam, vt diſtantia horizontalis à linea
meridiana emergat. Idem in ſuperficie verticali intelligendũ eſt, prout
infra de hac re fuſius explicabimus. Huius autẽ operationis dabimus
tale exemplum pro ſuperficie horizontali.

Proponitur mihi hora 22. ab occaſu, Sole principium Cancri poſsi-
dente ſub latitudine 45. graduum, cuius diſtantiam à linea meridiana
ſcire deſidero. Declinationis Solis complementi ſinus eſt 91706. Di-
ſtantia horaria eſt graduum 85. minutorum 46. cuius ſinus eſt 99727.
Latera liter. Duco igitur alterum in altero, & productum diuido per totum ſinum,
& proueniunt in numero ſectionis 91455. nempè inuentum primum.
Area- Hoc inuentum, quum ſit minus; duco in totum ſinum, & productum di-
tim. uido per ſinũ cõplementi altitudinis Solis, ſcilicet per 94466. & il-
licò conflantur 96812. quorũ arcus eſt graduum 75. minutorũ 30.
diſtantia nimirum à ſeptentrione occaſum verſus, eò quod altitudo ei, ſupra horizontem ſit minor altitudi-

Exempli formula horæ 22. Italicæ Sole in ♋ latitudo 45.			
	G	M	Sinus
Diſtantia horæ 22.	85	46	99727
Complem. declin. Solis	66	30	91706
Inuentum primum			91455
Compl. altitud. Solis	70	51	94466
Diſtantia à ſeptentrione minuenda à 180. grad.	75	30	96812
Diſtantia à linea merid.	104	30	optata

Lateraliter. Area-tim.

ne circuli verticalis. Hanc deinceps diſtantiam minuo ex 180. gradibus, & remanent gradus 104. cum minutis 30. quę eſt diſtantia a linea meridiana, quam quærebam, vt patet in hac formula. Idem cum reliquis agendum erit.

Hoc

Hoc autem ſemper animaduertendum eſt, quod ſicut pro horis veſpertinis minuitur ipſa diſtantia ex dimidio circulo: ſic pro matutinis additur. Pro reliquis verò horis, ſi fuerint ante meridiem, detrahitur ipſa diſtantia à toto circulo nempè à gradibus 360. ſi poſt, nec additur nec minuitur; & hoc fit in horologijs horizontalibus; nam in verticalibus alia ratio adhibenda erit, prout in ſequenti doctrina explicabimus, Atq; de his ſatis.

4 Si autem memorata diſtantia fuerit præciſè quadra circuli, cui debentur gradus 90. duc ſinum complementi declinationis Solis in ſinum totum, & productum diuide per ſinum complementi eiuſdem altitudinis; Area-
mox arcus numeri ſectionis dabit Azimuth ſeu diſtantiam quam quæ- tim.
rebas. In exemplo offertur mihi hora ſexta pomeridiana diſtans per gradus æquatoris à meridiano gradibus 90. Sole ſimiliter tropicum Cãcri poſsidente, cuius diſtantiam horizontalem à linea meridiana ſcire deſidero. Complementum eius altitudinis ad ipſam horam ſextam ſub latitudine 45. graduum eſt graduum 73. minutorum 37. cuius ſinus eſt 95939. Duco igitur 91706. ſinus complementi declinationis Solis Area-
in totum, & diuiſo producto per 95939. proueniunt ex arcu numeri tim.
partitionis gradus 72. cum minutis 55. diſtantia nimirum optata in medietate orientali nẽpè A C B notanda. Et quoniam altitudo Solis eſt minor altitudine eius in circulo verticali, ideo pronuncio ipſam diſtantiã eſſe numerandam à ſeptentrionali plaga occaſum verſus, eò quod ſit pomeridiana, ſcribendo tamen eam in parte orientali; iccircò demo ipſam à ſemicirculo, & relinquuntur gradus 107. minuta 5. diſtantia nimirum optata à linea meridiana ſiniſtrorſum procedendo, hoc eſt orientem verſus, vt patet in hac formula Pro diſtantia vero horæ ſextæ matutinæ habenda, addo eidem diſtantiæ ſemicirculum, & habeo gradus 252. minuta 55. diſtantiam nimirum horizontalem à memorata linea meridiana, & in parte occidua accommodandam.

Exempli formula horæ 6. pomerid. Sole in Cancro.			
	G	M	Sinus
Complem. declin. Solis	66	30	91706
Compl. altitud. Solis	73	37	95939
Diſt. à ſept. min. à 180.	71	55	95588
Diſt. à linea meridiana	107	5	optata

Area-tim.

5 Quòd ſi diſtantia Solis horaria à meridiano quadrantem ſuperauerit; deme ipſam à ſemicirculo, & cum reſiduo procede vt prius. Et habebis diſtantiam à ſeptentrione, qua ſublata à ſemicirculo, mox diſtantia optata à linea meridiana proueniet.

6 Facilius autem Sole æquinoctia poſsidente, opus hoc abſolues, idque in hunc modum. Duc ſinum diſtantiæ Solis à meridiano (in circulo ſimiliter horario computatæ) in ſinum totum; & productum diuide Area-
per ſinum complementi datæ Solaris altitudinis. Nam inde generati tim.

Gg ſinus

ſinus collectus arcus propoſitum indicabit arcum. Et hæc pro horologijs horizontalibus ſint ſatis.

7 Si verò Azimuth pro ſuperficie erecta habere volueris, omnes illas operationes, quas capite 5. huius tradidimus, habere in promptu operepreciumerit. Quibus præparatis, aſſumes pro diſtantia horaria à meridiano, inuentum quartum, præterquam in 12. hora meridiana (ſi de horis à meridie agatur) quia ſumitur ſemper inuentum tertium, ducendo eius ſinum in ſinum complementi declinationis Solis: & ſic proceditur vt prius. Et quoniam de horis Italicis in hoc capite magis tractare intendo quam de alijs (licet doctrina hæc generalis ſit) ideo exemplum dabimus horæ 15. ab occaſu computatæ pro declinatione murali graduum 55. ortum verſus, ſub latitudine 45. graduum, Sole principium Capricorni poſsidente. Inuentum igitur quartum ad ipſam horam per doctrinam ipſius capitis quinti, numero 6. repertum, eſt graduum 7. minutorum 7. cuius ſinus eſt 12389. Hæc itaque duco in ſinum complementi declinationis Solis, nempè in 91706. & diuiſo producto per totum ſinum, proueniunt ex numero ſectionis 11361. nempè inuentum primum. Quo ducto in totum ſinum, & diuiſo producto per 11378 ſinus complementi altitudinis, emergunt in numero ſectionis 99850. quorum arcus eſt graduum 86. minutorum 52. diſtãtia nimirum optata, vt patet in hac formula.

Latera liter. Area- tim.

Exempli formula horæ 15. ad declinationem ortiuam grad. 55. Sole in ♑, lati. 45. grad.				
	G	M	Sinus	
Diſtantia horaria	7	7	12389	Latera-
Complem. declin. Solis	66	30	91706	liter.
Inuentum primum			11361	Area-
Compl. altitud. Solis	6	32	11378	tim.
Diſtan. horæ 15. optata	86	52	99850	

Hæc autem diſtantia deputari debet à ſemidiametro B verſus C quum inuentum quartum methodi capitis quinti huius (quod eſt diſtantia horaria à linea ſtyli) progreſſam ſit vltra ipſam lineam atque eius altitudo ſit maior altitudine circuli verticalis. Hora vero 16. huiuſce ſuperficiei, quamuis contingat ſub diametro C D, quum ſit quoq; maioris altitudinis quam altitudo circuli verticalis: tamen ſupputatur in quadrante B D. Reliquæ vero huiuſce tropici horæ quum non accedant ad ipſam altitudinem, ideo in ſuperiori peripherię parte ſedẽ habere debent.

8 Pro diſtantijs autem horarum æquinoctialis ſupputandis, accipies ſimiliter ſinum inuenti quarti capitis quinti huius, & eum duces in ſinum totum, & productum diuide per ſinum complementi altitudinis eius; atq; illicò in numero diuiſionis aggenerabitur ſinus, cuius arcus diſtãtiam optatam indicabit.

Area- tim.

Methodus reducendi horarum diſtantias à linea perpendiculari.

QVVM autem huiuſcemodi verticales diſtantiæ in ſuperficie erecta videantur ancipites, eò quod modo ſuperius, modo inferius à ſtyli linea incipiant, & vtrinque per quadrantes procedant (propterea quod ſinuum rectorum operationes 90. graduum numerum non excedant) ideo placuit mihi haſce diſtantias in linea quidem ipſa exordiendas, ſed in parte inferiori, & ſurſum ſiniſtrorſum aſcendendo, & per integrum circulum perſeuerando vſq; in 360. gradus, idq; in hunc modum.

Si diſtantia horaria fuerit in quadrante B C, hoc eſt vltra lineam ſtyli, & minoris altitudinis circulo verticali, nihil addas; nam ipſa per ſe erit diſtantia à linea ſtyli prædicta. Sed ſi fuerit in parte A C vltra ſimiliter ipſam lineam, & minoris altitudinis circulo verticali, deme eam à ſemicirculo, & proueniet ſimiliter ipſa diſtantia. Si verò fuerit in quarta A D (tunc enim eſt citra lineam ſtyli, & eſt minoris altitudinis circulo verticali) adde eam ad 180. gradus. Tandem ſi fuerit in quadrante D B minue eam à toto circulo, & ſic diſtantia optata relinquetur ab ipſa linea computata.

Et quoniam adhuc huiuſcemodi computationes nondum ſufficiunt, quoad ſingulas à linea perpendiculari non reducas: id quod facilè efficies ſi ſupputationes capitis quinti huius (prout iuſſus es) ſeruaueris ſedulò. Igitur ſi declinatio muralis fuerit ad ortum, addes ſingulis diſtantijs prædictis diſtantiam lineæ ſtyli, nempè inuentum ſecundum: ſi verò ad occaſum, minue ſingillatim ipſum inuentum ſecundnm à prędictis diſtantijs.

Idem efficies in ſuperficie pendula, & obliqua habente altitudinem poli ſupra verticem: ſed ſi fuerit ſupra horizontem eleuatus polus, facies ècontra. Sic nanque diſtantię horarię à linea perpendiculari prodibunt. Hac igitur via, nulli parcendo labori, tabulas horologiorum fabricandorum condidimus, atque ad optatum finem, Deo opitulante, protraximus. Quantas autem, & mentis, & corporis perturbationes diu noctuque inſudando in his rationibus peragendis ac tam luculenter traditis, pertulerimus, his qui noſtras hos labores perpenderint relinquimus iudicandum.

Ideo amice lector, age gratias omnipotenti Deo qui tibi per me huiuſcemodi arcana patefecit.

Appendix.

1 

QVONIAM informandis tabulis omnis conatus consistit inuenire propria horarum loca tropici stylo vicinioris. nam quum distantiæ ipsæ numerentur vtrinque à linea styli quam diameter A B repræsentat; ideo in qua quarta circuli exordium sumat quandoque (vt alias dictum est) dubitatur. Cupienti igitur huiuscemodi doctrinam tam facilem (omni ambiguitate profligata) tradere, vt quilibet pro voto suo ea vti valeat; placuit mihi hanc exemplarem methodum singulas operationes in vnam summam collectas continentem subiungere, idque pro tropico dũtaxat Capricorni in superficie erecta, qui stylo vicinior contingit; nam de alio tropico, ac de æquinoctiali indagandis nulla est ambiguitas.

Offertur mihi igitur superficies muralis (de qua item superius facta est mentio) declinans ad ortum gradibus 55. ad quã cupio supputare horarum distantias sub latitudine 45. grad. In primis igitur per caput 5. huius supputo altitudines singularũ horarũ, incipiendo à termino 22. horæ, & retrocedendo (vt fit) vsque in tertiamdecimam. Has itaque altitudines scribo seorsum, vt patet in hac tabella.

Altitudines horarũ in superficie declinante ad ortum grad. 55. pro ☽.

	H	G	M
Citra lineam styli.	22	2	40
	21	15	23
	20	28	30
	19	41	52
	18	55	25
	17	63	3
	16	82	45
Vltra lineã styl.	15	83	19
	14	69	47
	13	56	8
Circuli vertical.		79	24

2 His expeditis recurro ad caput 12. huius, & quãta sit altitudo Solis in circulo verticali ad illã superficiẽ perpendo, quam comperio existere grad. 79. minutorum 24. Sole similiter tropicum Capricorni possidente, & eam quoque scribo in calce huius tabellæ vt hic.

3 His præparatis, me transfero ad methodum capitis præcedentis, & per eam distantias singularum horarum à linea styli supputo, incipiendo similiter à 22. hora, ordine inuerso vt prius, quemadmodum intueri poteris in hac tabella.

4 Et quoniã huiuscemodi distantiæ cõputãtur quidẽ à linea styli, incipiẽdo sursum aut deorsum per quatuor quadrãtes

Distantiæ horariæ.

	H	G	M
Citra lineam styli.	22	65	25
	21	70	46
	20	75	12
	19	79	10
	18	82	59
	17	86	24
	16	87	14
Vltra lineã styl.	15	86	52
	14	86	44
	13	83	3

90. grad.

90. grad. singulos continentes, & illæ quæ sunt citra lineã styli (quã diameter A B repræsentat) veniunt in medietate circuli dextra nempè A D B inscribendæ; reliquæ vero, in altera. Volens igitur eas reducere ad integrum circulum 360. graduum incipiendo in inferiori parte ipsius: & sinistrorsum ascendendo, sic ago. Confero eàrum altitudines cum altitudine circuli verticalis, quæ graduum 79. minutorum 24. & comperio altitudines horarum 22. 21. 20. 19. 18. & 17. non accedere ad ipsam altitudinem, quamobrem pronuncio earum sedes fore in quadrante A D inscribendæ. Addo igitur singulis 180. gradus, & proueniunt distantiæ quidem à linea styli, sed perseuerantes per integrum circulum 360. graduum, vt patet in hac tabella.

Distantię à linea styli per integrũ circulum.

H	G	M
22	245	25
21	250	46
20	255	12
19	259	10
18	262	59
17	266	24
16	278	46

Hora verò 16. quum sit maioris altitudinis quam altitudo circuli verticalis, reponenda erit sub diametro C D, & supputanda in quadrante D B. Igitur minuo ipsam distantiam nempè gradus 87. minuta 14. à toto circulo, & remanent gradus 272. minuta 46. & descriptæ sunt distantiæ horarum occidentalium. Pro reliquis verò accipe sequens exemplum.

Distantiæ horarũ orientalium à linea styli per integrũ circulum.

H	G	M
15	66	52
14	93	16
13	96	57

Horæ igitur quæ contingunt vltra lineam styli, & sunt maioris altitudinis quam altitudo circuli verticalis, in quadrante C B veniunt inscribendæ, quemadmodum fit cum hora 15. cuius distantiæ nihil addo, sed repono eam iuxta primam supputationem, quæ est graduum 86. minutorum 52. Reliquarum altitudines, quum non transcendant gradus 79. minuta 24. altitudinis circuli verticalis, veniunt supputandę in quadrante A C. Detraho igitur eas à semicirculo, mox distantiæ à memorata linea styli corsurgunt, vt patet in hac tabella.

Distantia à linea perpenciculari.

H	G	M
22	284	44
21	290	5
20	294	31
19	298	27
18	302	18
17	305	43
16	312	5
15	126	11
14	132	35
13	136	16

His itaque distantijs addo singillatim inuentũ secundũ nempè grad. 39. mi. 19. (eò ☿ declinatio sit ad ortũ) & coaceruantur tãdẽ distãtiæ horariæ à linea perpendiculari inferius incipiẽdo, & sinistrorsum procedendo ascensiuè per integrum circulum 360. graduum, & hæ sunt vltimæ supputationes, quibus solaria hororologia fabricantur, vt patet in hac tabella.

Tandem vnicuique tabulæ subijcere poteris distantias poli, quæ erunt inuenta prima in vmbras redacta.

Azimuth

Azimuth hoc est, Distantiam Solis verticalem ad superficiem orientalem præcisè, seu occidentalem facilè determinare. Cap. 14.

1 PRO distantia vero verticali in pariete ortum, seu occasum præcisè aspiciente inuestiganda, hoc modo procedes. Duc sinum complementi distantiæ horariæ (per motum diurnum) à meridiano in sinum complementi declinationis eius; & productum diuide per totum sinum: & proueniet inuentum primum. Hoc autem inuentum tibi propone vnà cum sinu complementi altitudinis Solis; horum minorem duc in totum sinum, & productũ diuide in maiorem; mox arcus numeri partitionis monstrabit tibi distantiam optatam. Sed ne hic desideres exemplum, en tibi assumam horam 22. ab occasu in superficie occidua sub latitudine 45. graduum, Sole principium Cancri possidente. Distantia igitur horaria est graduum 85. minutorum 46. complementum eius est graduum 4. minutorum 14. cuius sinus est 7381. sinus complementi declinationis est 91706. Duco igitur alterũ in altero, & productum diuido per totum sinũ, et emergunt in numero diuisionis 6769. pro inuẽto primo. Hoc autem inuentum, quum sit minus, duco in totum, & productum diuido per 40460. sinus cõplementi altitudinis Solis; ac tandem ex arcu numeri partitionis proueniunt gradus 9. minuta 38. distantia nimirum 22. horæ occasualis optata, vt patet in hac formula; & sic cum reliquis ages.

Latera liter. Area tim. Latera liter. Area tim.

Exempli formula horæ 22. in superficie occidua Sol in ♋.				
	G	M	Sinus	
Arcus semidiur.	115	46		
Distantia hor. 2. min.	30	0		
Distantia horæ 22.	85	46		
Eius complemen.	4	14	7381	Lateraliter.
Compl. declin. Solis	66	30	91706	
Inuentum primum			6769	Area tim.
Compl. altitud. Solis	23	52	40460	
Distantia optata	9	38	16730	

Expeditis itaque huiusce supputationibus, vide diligenter in qua circuli quarta contingant, & eas ad integrum circulum reduces hoc modo.

2 Si ipsę distantiæ contingant in medietate circuli superiore, & sint citra lineam styli, ac cadunt in quadrante A D, & superficies sit orientalis, & sint in initio Capricorni, vt sunt horę 19.18.17.16.15.14. adde singulis dimidium circulum, si vltra ipsam lineam hoc est in quadrante A C, vt sunt 13.12.11.10.9. deme ipsarum distantias à linea styli, & incipe

cipe à puncto B, & sursum ascendendo versus C per integrum circulum procedes vsque in 360. gradus. Idem ages cum tropico Cancri, sed hoc in medietate inferiori contingit propterea quod si ipsæ distantiæ à D versus B, vt sunt. 15. 14. 13. 12. 11. deme ipsarum distantias ex 360. gradibus, vltra verò ipsam lineam, hoc est in quarta B C, vt sunt 10. 9. 8. 7. 6. 5. nihil eis addas, aut minuas.

3 Idem ages pro superficie occidentali nam si tropici Capricorni contingant citra lineã styli nempè in quadrante A D, vt sunt 31. 30. 29. 28. 27. & 26. addes eis gradus 180. si vltra hoc est in quarta A C, vt sunt 25. 24. 23. 22. 21. & 20. minue ipsas à 180. gradibus. Pro tropico verò Cancri sub diametro C D, incidente, si distantiæ fuerint citra ipsam lineam, nempè in quadrante D B, vt sunt 27. 26. 25. 24. 23. deme ipsas ex toto circulo, si vltra vt sunt 22. 21. 20. 19. 18. 17. quæ veniunt in quadrante C B, nihil addas, aut minuas. Hac igitur via habebis distantias singularũ horarum à linea styli prædicta, incipiendo in puncto B, & sursum ascendendo versus C, & per integrum circulum procedendo vt supra. Nullum hic dabo exemplum, sed assumam tantummodo horam 22. superius descriptam tropici Cancri, in superficie occidua, quæ quum sit vltra lineam styli repono eam prout est primum supputata: distat enim à puncto B, versus C, gradibus 9. minuta 38. & sic ago cum reliquis iuxta ordinem prædictum.

4 Et quoniam adhuc non sufficiunt huiuscemodi distributiones quoad non redactæ sint ad lineam perpendicularem. Iccircò si singulis adieceris altitudinem ęquatoris, nempè (pro nostra hac regione) 45. gradus, si superficies fuerit orientalis, aut eandem dempseris à singulis, si occidentalis; mox distantiæ à linea perpendiculari tandẽ prodibunt, quæ exordium sumunt in puncto B, & sursum ascendendo versus C, per integrum circulum, vt prius, distributæ. Et sic paratæ erunt tabulæ pro horologijs orientialibus, & occidentalibus.

Amplitudinem cuiuslibet puncti ecliptiçe, vel etiam stellæ, cuius nota sit declinatio, in quacunque poli eleuatione, perscrutari. Cap. 15.

1 SCIENDVM est in primis quod amplitudo ortus, est arcus horizontis inter ortum æquatoris, & punctum vbi Sol, siue stella oritur, interceptus. Amplitudo occasus, est similiter arcus inter occasum æquatoris, & pũctum horizontis, vbi occidit Sol, siue stella, quę nulla est quando Sol est in æquinoctialis. Quicquid autem ab ipso æquinoctialis ortu numeratur versus meridiem in horizonte per gradus & minuta vsque ad punctum ortus Solis aut stellæ, amplitudo seu latitudo ortus meridionalis dicitur. Si verò versus septentrionem fiat, septentrionalis amplitudo nuncupabitur. Quũ autem in

in ecliptica ſint ſemper quatuor puncta eandem habentia declinationem; ideo ſufficit vnicæ tantummodo quartæ ipſius eclipticæ ortiuas ſupputare amplitudines, & eaſdem cęteris quartis ſuo ordine accommodare.

2 Amplitudinem igitur (quęcunque ea ſit) exploraturus propone tibi ſinum complementi altitudinis poli in tua regione, & ſinum declinationis Solis aut ſtellæ horum minorem duc in totũ ſinũ, & productu diuide in maiorem: mox arcus numeri ſectionis oſtendet tibi amplitudinẽ quã quærebas, meridionalem quidem, ſi punctus datus ab æquatore verſus meridiem declinet: ſeptentrionalem verò, ſi ad ſeptentrionem vergat, Huius operationis exemplum dabimus nullum prętер tabulam ſequentem quam ad ſingulos eclipticæ gradus pro latitudine 45. graduum ſupputauimus, eius autem vſus talis eſt.

Area-tim.

3 Cum ſigno oblato ingredere ipſam tabulam, ſumendo eius gradum in lęua deſcendente columna, ſi ſignum fuerit in eius ſummitate: aut in dextro latere aſcendendo, ſit in calce occurrerit; mox in angulo communi ſub ſigno oblato aut ſupra ipſum amplitudo optata in gradibus & minutis prodibit. Quòd ſi præter gradus Solis aliqua occurrerint minuta, fac partem proportionalem, ducendo illa minuta in minuta differentiæ, & productum diuidendo per 60. & protinus conſurget pars proportionalis addenda, ac etiam (iuxta ordinem numerorum) detrahenda ab alijs amplitudinis minutijs.

Sequitur Tabula.

Tabula amplitudinum ad latitudinem 45. graduum ſupputata.

Grad.	Libra Aries		Differ.	Scorp. Taur.		Differ.	Sagit. Gemi.		Differ.	Solis
G	G	M	M	G	M	M	G	M	M	I
0	0	0		16	23		29	14		30
1	0	34	34	16	53	30	29	34	20	29
2	1	8	34	17	22	29	29	52	18	28
3	1	41	33	17	52	30	30	10	18	27
4	2	14	33	18	23	31	30	27	17	26
5	2	50	34	18	52	29	30	44	17	25
6	3	22	32	19	21	29	30	59	17	24
7	3	56	34	19	50	29	31	16	17	23
8	4	30	34	20	18	28	31	32	16	22
9	5	4	34	20	47	29	31	45	13	21
10	5	37	33	21	15	28	31	59	14	20
11	6	9	32	21	43	28	32	12	13	19
12	6	43	32	22	9	26	32	26	14	18
13	7	16	33	22	37	28	32	37	11	17
14	7	50	34	23	4	27	32	49	12	16
15	8	23	33	23	30	26	33	0	11	15
16	8	57	34	23	56	26	33	11	11	14
17	9	37	33	24	21	25	33	20	9	13
18	10	3	33	24	46	25	33	28	8	12
19	10	35	32	25	10	24	33	36	8	11
20	11	7	32	25	35	25	33	44	8	10
21	11	38	33	25	59	24	33	50	6	9
22	12	11	33	26	22	23	33	56	6	8
23	12	44	33	26	46	24	34	2	6	7
24	13	16	32	27	8	22	34	6	4	6
25	13	47	31	27	29	21	34	10	4	5
26	14	19	31	27	52	23	34	13	3	4
27	14	50	31	28	13	21	34	16	3	3
28	15	21	31	28	34	21	34	18	2	2
29	15	52	31	28	54	20	34	19	1	1
30	16	23	31	29	14	20	34	20	1	0
Solis.	Virgo Piſces			Leo Aquar.			Cancer Capric.			Grad.

Horas à meridie horologijs horizontalibus accommodare. Cap. 16.

EXPEDITIS supputationum methodis tabularum quaruncunque fabricandarum pro diuersis sciothericorum lineamentis peragendis, ordo postulat vt ad reliquorum solariorum texturas exequendas properemus. & quamuis superius de varij horologiorum picturis horas à quauis mundi plaga supputatas indicantibus satis pertractatum sit: tamen si forte horas ante, & post meridiem tuo horologio occasuali in superficie plana accommodare desideres, ages in hunc modum: Accipe distantiam poli altitudinis in vmbra redactam, (quam in calce cuiusque tabulæ horologiorum horizontalium offendes) & eam transfer super lineam meridianam tui horologij, incipiendo à loco styli, & meridiem versus procedendo, & ibi fac punctum H. Deinde posita regula semper in puncto H & super singulas horarum sectiones in æquinoctiali comprehensas, duc lineas in punctum H concurrentes, & per ipsas sectiones transeuntes: & habebis horas à meridie optatas, vt patet in sequenti figuratione.

Sequitur figura exemplaris.



Easdem horas à meridie horologijs muralibus accommodare. Cap. 17.

1 IN horologijs autem muralibus easdem horas sic expedies, per normam aliquam siue regulam duc lineã, quam ex tuo ingenio trasire facies per punctum E styli, & lineam æquinoctialis orthogonaliter diuidat: & hæc vocetur linea styli. Deinde accipe intercapedinem distantiæ in proprijs tabulis repertæ, & eam transfer super hanc lineam, incipiendo in puncto E styli, & superius faciendo punctum H. Tandem posita regula semper in puncto H & super singulas æquinoctialis sectiones, duc lineas horarias.

2 Quòd si absque distantia poli lineas horarias prædictas facilius quã dictum est expedire volueris, ages in hunc modum. Duc lineam perpendicularẽ, quæ transeat per 18. horam æquinoctialis. Deinde super ipsam lineam æquinoctialis pone normam aliquam, & ex tua industria cura diligenter procreare lineam, quæ habeat transire per centrum styli, secetque lineam æquinoctialis ad angulos rectos, & vbi ipsa tangit lineam perpendicularem, ibi fac punctum H. Posita itaque regula semper in prædicto puncto H duc lineas transeũtes per sectiones æquinoctialis vt prius.

Horas ab ortu Solis computatas in superficie tam horizontali, quam murali expedire. Cap. 18.

VIDEBITVR fortasse superuacaneum hic de horis ab ortu Solis facere mentionem, quum superius de hac re plerisque in locis, præcipuè capite primo huius tabellis ipsis suppeditantibus, tractatum sit. Verum imperitis morẽ gerere cupiens, in præsentia operæ pretium duxi hæc pauca de huiuscemodi negocio subiungere. Igitur si ministerio earundem tabellarum horizontale horologium, quod horas ab ortu Solis contineat, in aliqua plano figurare desideres, sic operare. Duc in primis lineam meridianam: & super eam accommoda peripheriam in 360. gradus distributam (sumpto quidem exordio supputandi inferius, sed dextrorsum procedendo) in cuius centro figatur volubilis regula in plures partes inuicem æquales dissecta. Deinde aduoca tabellam tuæ latitudini opportunam, & per eam operare prout capite primo huius dictum est, quum huiuscemodi negocium nihil aliud sit, quam horologij occasualis

inuersio;

inuersio; prout etiam indicant horarum numeri in lateribus sinistris tabellarum descriptis.

Idem quoque in superficie erecta intelligendum est, dum tamen tabulam illi declinationi opportunam consulas, atq; numerorũ graduum ordinem inuertos. Nam 23. hora ab occasu efficitur prima ab ortu 22. secunda, & sic deinceps.

Horas inæquales in superficie plana per arcus horizontales, & vmbrarum longitudines expedire. Cap. 19.

EXPEDITIS horarum omnium æqualium texturis; nunc non ab re videtur, temporalium, quas vulgo inæquales vocant horas, lineamenta tradere. Sed in primis sciendum est, quod hora tẽporalis, est duodecima pars diei artificialis, similiter & noctis. Temporales autem horæ à Solis exortu sumunt initium noctis verè, à Solis occubitu. Hinc patet quod linea meridana semper est sexta hora inæqualis. Et quandiu Sol est in æquinoctiali (quod bis in anno contingit) horæ inæquales æqualibus ęquantur vniunturque. Et ob id in horologiis quibuscunque intersecant semper sese in linea æquinoctialis. His igitur fundamentis præmissis, horas inæquales per tabellam sequẽtẽ doctrina capitis primi suppeditãte, in aliqua superficie horizõtali delineare non erit difficile. Sed animaduertendum est, quod initium supputandi gradus in perihæria incipit inferius quidem in linea meridiana, sed vtrinqe ascendendo tam dextrorsum, quam sinistrorsum procedunt, & in 90. finiendo.

Tabula horarum inęqualium ad latitudinem 45. graduum pro horologijs horizontalibus supputata.

	Tropicus Cancri				Aequinoctialis				Tropicus Capric.			
	Arcus		Vmbra		Arcus		Vmbra		Arcus		Vmbra	
H	G	M	P	M	G	M	P	M	G	M	P	M
12	124	20	infinita.		90	0	infinita.		55	40	infinita.	
11 1	111	36	56	14	79	16	64	32	47	52	112	38
10 2	98	46	25	30	67	46	31	48	39	27	61	13
9 3	85	20	14	55	55	10	20	47	30	24	43	19
8 4	68	33	9	20	29	14	15	29	20	43	35	20
7 5	42	33	6	1	20	44	12	52	10	30	31	33
6	0	0	4	44	0	0	12	0	0	0	30	29

Horas

Horas inæquales horaria sciotherico aliter quam dictum est accommodare. Cap. 20.

OD si forte iuuet horas inæquales aliter quam dictum est declinare, ages in hunc modum. Per caput secundum huius, describe interstitia horarum occasualium cum suis tropicis, & æquinoctiali. Deinde per caput 7. huius para tabellam horarum inæqualium ad latitudinem tuæ regionis addendo videlicet ortui Solis portionem horariam pro prima hora diei, & sic deinceps vt patet in hac tabella, Sole tropicos possidente ad latitudinem 45. graduum supputata.

Tabula horarũ inæqualium pro tropicis ad latitudinem 45. graduum.

Horæ inæq.	Trop. ♋ H	Trop. ♋ M	Trop. ♑ H	Trop. ♑ M
1	9	51	16	9
2	11	2	16	52
3	12	26	17	35
4	13	43	18	17
5	15	0	19	0
6	16	17	19	43
7	17	34	20	25
8	18	51	21	9
9	20	8	21	51
10	21	25	22	34
11	22	42	23	18
12	24	0	24	0

His diligenter præparatis, supputa in tropico Cancri in tuo horologio delineati, horas 9. minuta 51. & ibi fac punctum. Idem fac in tropico Capricorni supputando horas 16. minuta 9. & ibi similiter punctum procreando. Positaque regula super gemina puncta vtriusque tropici, duc lineam transeuntem per 13. horam æquinoctialis, & habebis horam primam inæqualem. Rursus supputa in prædicto tropico Cancri (tabula indicante) horas 11. cum minutis 8. & ibi procrea punctum; similiter fac super tropicum Capricorni supputando horas 16. minuta 52. & ibi puncto impresso, per adiectionem regulæ gemina copulabis illa puncta mutuò respondentia à tropico in tropicum per lineam rectam, quam per 14. horam æquinoctialis transire necessum erit, & illicò secunda horarum inæqualium emerget. Cõsequẽter ages cum reliquis, lineas ducendo transeuntes per communes sectiones æquinoctialis, quousque omnes horarum lineas tã ante, quam post meridiem absolueris. Eandem quoque legem in superficie verticali tropicis tamen commutatis, obseruabis. Sed quo magis intelligas quæ dixi, sequentem inspice figurationem, horas tam inæquales, quã occasuales continentem, quam ad superficiem verticalem sub eleuatione polari graduum 45. fabricauimus.

Sequitur figura exemplaris huius descriptionis.



Horas etiamnum inæquales horis à meridie exorsis accommodare. Cap. 21.

EADEM quoque lege, qua capite præcedenti docuimus temporales horas lineis horarum à meridie, & à media nocte inchoantium inuertere poteris, si prius particularem tabulam pręparaueris. Igitur per caput 13. secundæ partis describe horologium horas à meridie continens cũ suis tropicis & æquinoctiali, Deinde per caput 7. huius supputa tabellam horarũ inæqualium ad altitudinẽ tuę regionis pro vtroq; tropico, vt hic vides, quã ad eleuationem polarem 45. graduum fabricauimus.

Quibus paratis, supputa in tropico Cãpricorni tui horologij minuta 43. vtrinque à linea hora 12. meridianæ, & ibi gemina procrea puncta tã à dexteris, quam à sinistris. Idem fac in tropico Cancri qui semper esse debet in infimo parietis horologijs muralis, supputando vtrinque ab ipsa linea horæ 12. meridianæ, horam vnam cum minutis 17. & ibi simiiter procrea gemina puncta. Positaque regula super consimilia illa puncta mutuò respondentia, duc duas lineas à tropico in tropicum, alterum transeuntem per vndecimam æquinoctialis antemeridianam: alteram verò per primam pomeridianam eiusdem æquinoctialis, sic nanque quintæ inæqualis terminum, atque septimæ habebis. Consequenter ages cum reliquis citra, vltrauè lineam horæ 12. meridianæ, gemina puncta singillatim procreando, atque lineas ducendo per communes sectiones æquinoctialis, quousque horas omnes tam ante quam post meridiem absolueris.

Tabula horarum inæqualiũ horis à meridie respondẽtibus ad latitudinẽ 45. graduum.

H	H	Trop. ♑ H	Trop. ♑ M	Trop. ♋ H	Trop. ♋ M
6		12	0	12	0
5	7	0	43	1	17
4	8	1	26	2	34
3	9	2	9	3	52
2	10	2	51	5	9
1	11	3	30	6	26
	12	4	17	7	43

Dominum horæ cuiuscunque inæqualis facile cognoscere. Cap. 22.

TEMPORALIVM horarum inuentores præcipui perhibentur fuisse Babylonij, qui pro suis negocijs peragendis dominium planetarum per horas cognitum iugiter obseruabant, atque illud tanquam quoddam arcanum, paucis ostendebant, quod plerique astrologi, & philosophi postea sequuti sunt.

Igitur

Igitur si forte scire desideres cui planetę debeatur quælibet hora: in primis cuius planetæ sit dies præsens (qui semper à domino primæ horæ nomenclaturam sumit) non ignorare operepreciumm erit. Nam dies dominica debetur Soli: secunda feria, Lunæ, & sic deinceps, prout ex sequentibus versibus liquet.

Totius hebdomadæ septem hoc sunt ordine luces;
Quælibet vt certo fuit assignata planetæ.
Prima datur Soli, Lunæ altera, tertia Marti:
Mercurij verò quartam de nomine dicunt.
Quinta dicata Ioui est: sextam venus occupat: atque.
Vltima mox sequitur, Saturni nomen habebit.

Habito itaque domino horæ primæ, reliquos ipsarum gubernatores scire non erit difficilè, modo eorum seruetur periodus. Nam prima hora debetur semper planetæ, qui illi diei dominatur: secunda verò sequẽti planetæ, & sic deinceps (seruato eorum ordine) proceditnr vsque in finem: deinde rursus reuertitur ad primum. Sed quò facilius dominum horæ tã interdiu, quam noctu habeatur in promptu, intuere has geminas sequentes tabellas, alteram diei, alteram nocti inseruientes; in quarum frontispicijs descriptæ sunt horæ, & sinistrorsum hebdomadæ dies. Inuento igitur die, tandiu dextrorsum procede, quoad peruenias sub hora proposita: nam planeta in angulo communi repertus, erit dominus horę quem quærebas,

Dies hebdomadæ.	Horę inæquales diei.												Horæ inæquales noctis.											
	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12
	H	H	H	H	H	H	H	H	H	H	H	H	H	H	H	H	H	H	H	H	H	H	H	H
Dom.	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿
Lunę	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃
Mart.	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀
Mer.	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄
Iouis	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉
Vene.	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽
Satur.	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂

Signorum zodiaci interualla, ex quibus locus Solis interdiu elicitur vnà cum horis à meridie, in aliquo plano delineare. Cap. 23.

TACTENVS de horarum omnigenarum tam æqualium, quam inæqualium interstitijs satis dictum esse videtur, nunc de signorum zodiaci distinctionibus, ex quorum vnica dũtaxat inspectione locus solis manifestus fit, tractandum. Iccircò sequentem formauimus tabulam anãlematicam pro latitudine 45. graduum, cuius vsus & forma parum differte ab aliis, quas supra tradidimus, quum huiusmodi operatio per arcus horizontales, & vmbrarum longitudines perficiatur.

Tabula signorum Zodiaci in superficie horizontali inscribendorum pro latitudine 45. graduum supputata.

H. post meri.	H. ante meri.	Cancer				Leo Gemini				Virgo Taurus				Libra Aries			
		Arcus		Vmbra		Arcus		Vmbra		Arcus		Vmbra		Arcus		Vmbra	
		G	M	P	M	G	M	P	M	G	M	P	M	G	M	P	M
12		0	0	4	43	0	0	5	33	0	0	7	57	0	0	12	0
1	11	34	38	5	31	31	36	6	18	25	38	8	41	20	45	12	52
2	10	58	38	7	39	54	52	8	24	46	48	10	52	39	14	15	29
3	9	74	44	10	54	71	4	11	48	63	9	14	47	55	10	20	47
4	8	87	0	15	44	83	50	17	1	76	15	21	34	67	46	31	48
5	7	92	24	23	51	94	78	26	6	87	33	35	37	79	16	64	34
6	6	107	5	40	53	104	33	47	41	98	11	84	25				
7	5	117	10	104	28	114	39	165	52								

H. post meri.	H. ante meri.	Scorpio Pisces				Sagittarius Aquarius				Capricornus			
		Arcus		Vmbra		Arcus		Vmbra		Arcus		Vmbra	
		G	M	P	M	G	M	P	M	G	M	P	M
12		0	0	18	8	0	0	25	47	0	0	30	29
1	11	17	23	19	17	15	21	27	47	14	42	32	43
2	10	33	39	23	13	29	49	34	17	28	31	41	12
3	9	47	39	32	23	42	55	52	21	41	13	67	1
4	8	60	8	57	15	54	41	136	24	52	39	296	15
5	7	71	18	321	21								

Inscriptu-

Inscripturus itaque zodiaci signa in aliqua superficie plana, fige peripheriam aliquam in 360. gradus diuisam in eius linea meridiana, quorum distributio incipiat in parte quidem inferiore eiusdem lineæ, sed vtrinque tam dextrorsum quam læuorsum procedat, ascendendo & finiendo superius in 180. gradus partis oppositæ. nam tabula quidem ipsa ad huiuscemodi ordinem fabricata est. Firmata autem peripheria in linea meridiana prędicta, adhibe centro ipsi volubilem regulam in plures partes inuicem æquales distributam, & subinde (doctrina capitis primi huius suppeditante) transfer distantias signorum singillatim imprimendo notas, & mox per easdem ducendo lineas transuersales zodiaci signorum, ac etiam horarum lineas similiter per ipsamet puncta in centro vno concurrentes, prout monet sequens figuratio in exemplo huiuscemodi operationis descripta.

